

02 H 365

W

I. N. 3.
DISPUTATIO JURIDICA
DE
138
**MUTATIONE
ET
CONSERVATI-
ONE ULTIMARUM
VOLUNTATUM**


QVAM
ANNUENTE NUMINE DIVINO
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE A DOMINO
DN. FRIDER. WILHELMO
REGNI BORUSSICI HEREDE &c.
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE

DN. SAMUELE STRYKIO JC^{to},
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CONSI-
LIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO ET FA-
CULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO.

PATRONO SUO OMNI HONORIS CULTU VENERANDO
IN AUDITORIO MAJORI
D. XXX Dec. Anno M DCCI.
publico Eruditorum examini
submittit

NICOLAUS LUCAS Schaffhausen/ Hamburgensis.

Typis Orphanotrophæi. Glaucha-Hallensis.





DISPUTATIO
DE
MUTATIONE ET CONSERVA-
TIONE ULTIMÆ VOLUNTATIS.

§. I.



Ihil magis deberi hominibus, quam *Testamenta possunt ad mortem usq; mutari.*
ut supremæ Voluntatis, postquam jam aliud velle non poslunt, liber sit stylus, & liberum quod non redit arbitrium, sapienter quondam existimavit Constantinus Imperator in *L. i. C. de S. S. Eccles.* Quanquam autem illa lex sigillatum disponat de Legatis Ecclesiis alliisque piis locis relictis ; & proinde favor piæ causæ hanc libertatem supremerarum Voluntatum indulsiſſe videatur; conf. B. Brunnem. *Com. ad Cod. in b. l. n. 1. sequ.* Peretz *ad Cod. b. l.* nihilominus tamen commode hoc de omnis generis ultimis Voluntatibus dici poterit, quod liberum sit earum arbitrium, dum pro libitu Testamenta & aliæ supremæ voluntates mutationi Testatoris obnoxiae sunt. Inde descendunt axiomata illa JCtorum legibus fundata, quod

A 2

nemo

4. DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

nemo possit sibi quoad ultimas voluntates illam legem dictare, a qua ipsi pro libitu postea recedere non liceat. L. Si quis 22. ff. de Legat. 3. L. 87. ff. de Cond. & Demonstr. L. Divi Severus. 6. §. 2. ff. de Jur. Codic. Item: Voluntas hominis est ambulatoria usque ad vitæ supremum exitum, cum moriendo demum velle desinamus. L. 4. ff. Locat. Tantus favor illibatae potestatis mutandi supremas tabulas in legibus deprehenditur. Quanquam autem, judice Dn. Schiltero Exercit. 39. th. 16. regulæ illæ, de non adimenda potestate Testamentum suum mutandi, nil naturalis juris habeant, & leges potuissent contrarium statuere, quod plenius deduxit Dn. Præf. de Success. ab Intestat. Diss. VIII. c. 13. §. 6. attamen cum Leges istæ semel receptæ sint, decisiones juxta earum normam etiam hoc passu in foro formandæ sunt. Conf. L. 43. §. aufert enim. ff. de Pupill. & vulg. subst. Mant. de conject. ult. volunt. 1. 72. tit. 1. n. 1. Nisi quatenus moribus & statutis pacta successoria sunt approbata, & legibus Civilibus derogatum est, de qua re infra agendi occasio erit.

Pacta de futura hereditate jure R. prohibita fuerunt non simpliciter. §. II. Ex eo capite igitur improbantur passim legibus nostris pacta de futura successione. L. ult. ff. de suis & leg. hered. L. 15. & ult. C. de pact. L. hereditas C. de pact. convent. Pactis enim hisce stantibus & valorem suum recipientibus, ultima voluntas, sive facultas Testamentum condendi, restringitur aut plane adimitur, ac sic privatur testandi, aut etiam testamentum libere condendi, conditumque mutandi potestate. Petr. Heig. Part. I. qu. 23. n. 8. Cujus rei ratio verissima Carpzovio Part. 3. Conf. 35. Definit. 17. n. 3. videtur esse, quod ut certi sunt jure nostro acquirendæ obligationis & Dominii modi, ita quoque consequendæ hereditatis, scilicet lex & testamentum, L. Pactum. 3. Cod. de Collat. L. 4. C. de inutil. stip. Hincque privatorum cautiones legis autoritate non cen-

consentur. L. ult. ff. de suis & legit. Hartm. Pistor. Qu.
 l. p. 4. n. 2. Ast optima ratio, cur legibus verita regulariter sint pacta circa successiones ex testamento aut ab intestato pendentes, latet in famosissima L. ult. C. de Pact. quod ejusmodi pacta contineant votum captandæ mortis, adeoque plena sint tristissimi & periculosisissimi eventus. Inde pluribus prohibetur in dicta lege pactum de hereditate tertii viventis, si ille certus sit, & ignoret quid agatur; d. L. ult. Dn. Præses in Tr. de Success. ab Intest. Diff. I. cap. 2. §. 19. Si vero ille tertius incertus sit, cum cesse ratio modo allegata, pacta sustinentur de ejus hereditate. L. 3. §. 2. & L. 73. ff. pro Soc. Cap. ne captandæ. 3. de Concess. Præbend. in 6. Dauth. ad d. L. ult. C. Klock. Tom. 3. conf. 145. & Da. passim ad L. ult. Cod. de pact. quod & præjudiciis confirmant Lauterbach. ad. ff. de Hered. vend. §. 2. & Carpzov. Part. 2. Conf. 35. Def. 17.

§. III. Semper tamen ista præsupponunt illam limitationem, nisi ille tertius incertus per ultimam voluntatem alii hereditatem suam largiatur. Hujus enim voluntas hoc passu manet libera usque ad supremum libertas restandi & mutandi restantur. mentane patitur. Ita quidem a-
 jus hereditate pactum initur, certus sit & in illud consen- dimebatur jure Civili. tiat, attamen semper ipsi integrum est voluntatem suam mutandi & per supremas tabulas sibi heredem eli- gendi. Quamvis enim extra dubium positum sit, quod tertius certus hoc casu licite consensum suum interponere posfit, d. L. ult. C. de pact. vers. nisi i- pse. ac ex ineptis rationibus hic dissentiat Petrus Grego- rius, vulgo Tholofanus, Syntagm. Jur. Lib. 41. c. 4. n. 2. nihilominus tamen hoc intelligendum est, modo ante mortem non revocaverit consensum suum, quod ipsi utique liberum est. Dn. Præses de Success. ab Intest. Diff.

6 DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

8.c. 2. §.19. Nam perseverare usque ad extremum, nec suam voluntatem consensumque mutare debet, siquidem hæc conditio pacto huic semper inesse intelligitur. Arg. L.38. pr. ff. de solist. Unde revocato consensu, pactum hoc statim invalidatur. Hartm. Pistorius. p. 4. qu. 6. n. 42. Mevius P. 3. D. 271. n. 3. Vultej. Vol. 3. Conf. Marp. 34. n. 185.

*Nec jurata
promissio ju-
re Civili id
efficiebat.*

§. IV. Tanta etiam gaudet libertate hoc casu tertius, ut licet consenserit pacientibus de hereditate ab ipso sperata, illumque consensum solenni juramento corroborauerit; tamen postea testamentum condere & peculiarem heredem adsciscere possit. Boer. decis. 204. num. 20. Joh. Dauth. ad d. L. ult. num. 121. ampl. 8. Cum enim per leges hæc potestas sit illi illibata & salva, nec illa per juramentum poterit restringi. Juramentum enim de jure Civili non addit plus valoris, quam actus ille, cui accedit, alias habuit. L. ult. C. de Non Num. Pec. L. Sed et si 25. ff. de Jurejurand. et ibi Jason notab. 9. Hinc regula Dd. nata est, quod Juramentum reguletur secundum naturam actus cui adjicitur. Camill. Borell. Summ. Decis. tit. 60. n. 302. Thom. de Thomasett. in Flor. LL. reg. 164. Card. Mantic. de tac. & ambig. Conuent. lib. 4. tit. 32. n. 89. Brunor. a Sole in Loc. Com. verb. juramentum. n. 19. Molina de Just. & Jur. tr. 2. disp. 151. Juramenta enim non per se producunt peculiarem & nouam obligationem, sed obligationi per se validæ, velut accessoriuni vinculum, accedunt. Dn. Pufendorf. de Jur. Nat. & Gent. lib. 4. c. 2. §. 5. Unde facile dijudicari potest, quale robur addat juramentum accedens actui per se invalido, aut mutationi obnoxio. Interim lubenter concedimus, quod juxta Jure Canon. principia Juris Canonici, præcipientis omne juramentum, quod absque dispendio salutis æternæ servari potest,

*Bene tamen
Jure Canon.
& in Consci-
entia.*

test, servandum esse, cap. Quamvis. 2. de pact. in 6. tum & in conscientiae foro, consentus semel initus & juramento confirmatus, etiam circa futuram successionem, servari integer debeat, & ab omni testamento abstinentium sit, quo collimant Covarruvias ad d. L. ult. C. de pact. n. 2. & Dd. alii quos refert Muscul. de success. convent. cl. 1. n. 49.

§. V. Ex quibus dictis oppido nunc manifestum fit, leges summo studio cavisse, ut voluntas ultima hominibus semper salva existeret, & quod vix possent adstringi pactis ad id, ut non semper voluntatem suam liberamente mutandi circa hereditates suas jus haberent. *Eadem circa Legum Civitatum solertia in libertate mutationes* rum uti legislatores Romani summum studium adhibuerunt ad omnes fraudes & mille imposturas, quae circa testamenta ultimas voluntates irrepere possunt, excludendas & amorem vendas; ita non minor ipsorum cura ac providentia apparet in legibus nostris, si illæ ultimæ voluntatis ordinaciones sint iterum reformandæ, revocandæ, mutandæ, quo scilicet ejusmodi mutationes testamentorum sub eadem cautione pure & intemeratae contingant. Quomodo igitur testamenta caute mutentur, quæ solennitates hoc causa præscriptæ sint; tum & quomodo testamenta vicissim caute conserventur citra mutationem, in præsenti nobis inquirendum.

§. VI. Quando itaque ultima voluntas mutatur, *Mutatio Testamentorum* hoc fit vel generaliter, quacunque testamenti vel alterius ultimæ voluntatis annullatione, confirmatione, vid. *quot modis Barry de Success. test. tom. 2. tit. 1. n. 1.* vel specialiter acci-*contingat.* pitur pro tali mutatione, quæ fit sponte ab ipso testatore, cuius voluntas quippe ambulatoria est usque ad mortem. Hæcque iterum vel totalis est mutatio, quando nimis totum testamentum revocatur ac mutatur aliudque ei substituitur; vel partialis, quando pars ejusdem

8 DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

dem deletur, cancellatur, inducitur, de quibus modis vid.
Lauterbach *Diss. de Revoc. & Canc. Testam.* & infra pluribus
agemus.

In genere mutab. intur voluntates ultime testa- mento irri- to, rupto, de- stituto. §. Vll. Generaliter autem considerata mutatio ultimæ voluntatis, jure civili variis contingit modis, vel voluntate testatoris aliud testamentum condendo: vel ex dispositione juris; quoties nimirum testamentum si- ve ultima voluntas inualida & inefficax legibus reputa- tur. Nam testamentum licet *jure factum* sit, h. e. o- mnes solennitates externæ adhibitæ; usque eo tamen tantum valet, donec rumpatur *irritum* ve fiat. §. 1. *Inst. Quib. mod. Test. infirm. Rupt.* vero vocatur testamentum, cum e- odem statu manente testatore, ipsius testamenti jus vitia- tur. L. 1. ff. de *Injust. rupt.* Sic posthumus *naturalis præteritus*, agnatione sui heredis, rumpit testamentum. Idem de Posthumo *civili* h. e. arrogato post conditum testamen- tum, qui illud quasi agnatione sua rumpit. *dict. §. 1. Inst. Quib. mod. test.* Si autem testatori aliquid obtingit, quo jus testandi amittit, *irritum fieri* testamentum dicitur. L. 6. §. 5. ff. de *Testam. Injust. Rupt.* Quæ vocabula etsi pro- miscue quandoque usurpentur, commodius tamen Imperator noster *sacratissimus* censet, distinctis rebus distincta vocabula imponere confusionis vitandæ ergo. §. 5. *Inst. quib. mod. test. infirm.*

Cautela ne postbumo rumpatur Te §. Vlll. Quodsi igitur cautè quis velit testamen- tum condere, ita ut nullo modo rumpi illud, voluntas que ipsius mutari queat, is non solum liberos, quos jam habet aut sustulit, heredes instituere; sed & nascendo- rum sive posthumorum, pariter & Nepotum rationem in supremis suis tabulis habere debet. Alias enim filio post testamentum nato, aut aliquo ex filiis decedente & Nepotem relinquente, rumperetur testamentum, li- cet

cet alias legitime & secundum omnes solennitates esset conditum. *Pr. & §. 1. Inst. de Exhered. liber. B. Brunnem. Exerc. t. 12. ad Inst.* per ill. *Dn. de Rhetz Medit. ad Inst. Diff. XV. pos. 22. Hillig. ad Donec. II. 16. lib 6. c. lit. G.* Utile itaque est, ut in omnem eventum, quo testamentum ex capite præter eritionis impugnari potest, concipiatur plenius institutio hisce formalibus: liberos meos quos jam habeo[“] (ubi singulorum nomina subiici solent.) vel quos adhuc[“] Deo benedicente suscepturus sum, heredes instituo, “ quod si quis ex illis me vivo deceperit, & nepotes reli-“ querit, hos pariter heredes esse volo. Nam erronea[“] est Barry *de Success. c. 10. tit. 3. n. 10.* & Tholosani *Syntagm. lib. 42. c. 22. n. 30.* sententia, quod hodie nepos præteritus, si filius heres institutus, nullo remedio venire possit adversus Avi testamentum. Certum enim est, filio mortuo nepotem in ejus locum transire, & hinc, dum institutio filii ob hoc, quod præmortuus fuerit, expiravit, nepos tanquam præteritus omnino testamentum Avi impugnare citra cautelam traditam potest. *conf. Dn. Hopp. Diff. de Jure Avor. cap. 4.* Imo si testator adhuc habeat parentes superstites, hi quoque in omnem eventum heredes instituendi erunt. Ex. gr. Solte aber bey meinem Absterben Niemand von meinen Kindern und Kindeskindern am Leben seyn / so will ich auff solchen fall meine Eltern zu Erben eingesetzt und benennet haben. Alioquin enim parentes, mortuis liberis & nepotibus, ex sua persona testamentum impugnare possent. Jura enim institutionis & exheredationis inter parentes & liberos constituta sunt reciproca. *vid. Novell. 115. c. 4. Auth. in Testamento C. ad S.C. Tertull.*

An Testamen-
tum quasi-
Posthumo
mutetur.

§. IX. An eadem autem cautio circa quasi Post-humos
 sive civiles sit observanda? qu. Dicuntur autem quasi-Post-
 humi, qui in sui heredis locum succedendo, quasi adgn-
 scendo fiunt parentibus sui heredes. §. 2. *Inst. de Exhered. li-*
ber. Nam si quis filium & ex eo nepotem in potestate
 habeat, quia filius gradu præcedit, is solus jura sui here-
 dis habet, quamvis nepos quoque in potestate sit. Sed
 si filius ejus vivo eo moriatur, aut qualibet alia ratione
 exeat de patria potestate ejus, incipit nepos vel neptis
 in ejus locum succedere, & eo modo Jura suorum he-
 redum quasi adgnatione nanciscuntur. conf. per illustr.
 Dn. de Fuchs *in Paraphr. ad Inst. tit. de Exhered. liber. lit. e.*
 Dn. Hopp. *Diss. de Jure Avorum cap. 4. n. 20. sequ.* Hi

Cautela A-
quiliiana.

igitur Posthumii civiles sub solenni illa cautela sive for-
 mula a Gallo Aquilio præscripta in famosa L. Gallus. 29. pr. ff.
 de liber. & Posthum. erant instituendi, quæ ita se habet: Si
 filius meus, me vivo merietur, tunc si quis ex eo mihi nepos ne-
 ptive post mortem meam in decem mensibus proximis, quibus
 filius meus moreretur, natus, nata erit, heredes sunt. Hanc
 formulam L. Junia sive Julia Velleja ad nepotem
 posthumum etiam vivo Avonatum extendebat. dict. L.
 Gallus. §. 11. sequ. conf. etiam Læl. Taurelli Enarrat. in b. L.
 P. Busius Com. ad b. L. Hæc ita se habebant jure veteri
 ff. & Antejustinianeo. Verum postquam Imperator
 differentiam posthumorum suorum & alienorum susti-
 lit in §. 20. *Inst. de leg. L. fin. C. de liber. prater.* Formula illa
 Aquiliana otiosa est, cum Testator posthumos quoscun-
 que libere et verbis plane vulgaribus instituere possit,
 ceu adductum est præced. §. conf. Wissenbach *ad ff. tit. de*
lib. & post. tb. 2. Erantak. Disp. I. ad D. Gallus. membr. 3.

Cautela ue-
testamentaria

§. X. Porro testamentum rumpitur, & sic mutatur
 voluntas testatoris, si posthumus i.e. post testamentum
 con-

conditum natus, sit præteritus, licet ille posthumus ante patrem testatorem moriatur. Clare hoc sancitur legibus civilibus, speciatim quidem L. 2. C. de Posthum. *posthumo ruptum conservetur.* red. inst. ibi: *posthumo præterito, quamvis natus illico deceserit, non restitui testamentum, juris evidentissimi est.* Ut & L. 3. C. eod. tit. Licet illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decepsit, nihilominus testamentum rumpi. Nimirum intelligitur, ut partus *vivus* sit editus, L. 12. ff. de lib. & postb. nec in ipso partu sit mortuus, priusquam editus sit in lucem, Carpz. p. 3. Conf. 17. d. 5. & perfectus, sive *vivus perfecte natus* secundum L. 3. C. de postb. hered. inst. nec denique monstrosus, sive *ad nullum declinans monstrum velprodigium*, uti verba L. alleg. sonant, quæ monstrositas ex capite maxime dignoscenda est, si scilicet illud speciem non humanam, sed belluinam praeseferat. Certe hoc casu nullum aliud consilium ad impedientiam rupturam testamenti, & consequenter præcavendam mutationem ultimæ voluntatis, assignari potest, quam ut scripti in testamento heredes ad Bonorum possessionem Prætoriam configiant. Nam ex tali testamento semel rupto jure civili, & quod per mortem rumpentis nunquam convalescere potest, Prætor dat B. P. secundum Tabulas, L. 12. pr. ff. de injust. rupt. & irrit. Franc. de Ponte Vol. 2. Conf. 100. Hinc hoc casu ad hereditatem defuncti perueniri non posse, nisi beneficio Prætoris, recte contendunt Dilect. de Art. testand. tit. II. cautel. 14. n. 2. Vasqu. de Success. res. l. 2. §. 15. n. 5. Dauth. de Testam. num. 360. B. Dn. Brunnenm. Com. ad Cod. ad L. 2. de postb. hered. inst. n. 5. Barry de Success. lib. II. tit. 6. n. 1.

§. XI. Idem dicendum est, si heres suus in testamento præteritus est. Tale enim testamentum jure civili non subsistit. L. 1. ff. de injust. rupt. sed ipso jure nullum est *onem sui hereditamen- tum nullum ob præteriti-*

12 DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

*redis quo-
modo conser-
vetur?*

*Cautela ex
Jure Præto-
rie.*

est pr. Inst. de exhered. lib. Hinc licet vivo patre filius præteritus moriatur, nemo tamen heres ex ipso testamento esse potest, quia testamentum non valet, filio, qui in potestate est præterito, & vivo patre decedente. Pr. Inst. de exhered. liber. Hoc casu iterum nulla melior cautela ab herede in tali testamento scripto adhiberi potest, quam ut ad successionem prætoriam confugiat. Prætor enim æquum reputans, ut filio mortuo, ultima voluntas testatoris non mutetur, testamentum sustinet. L. 2. pr. ff. de B. P. secund. Tab. Mich. Grassi. Recept. Sentent. §. Bonorum poss. qu. s. n. 5. Carpz. P. 3. C. 9. d. i. n. 11. In tantum autem hoc casu mutationi de jure Civili erat obnoxium testamentum, ut licet filius præteritioni consentiret, ac patri suo permittat alios scribere heredes, vel præteritionem demum ex testamento videns, litem non moveat, tamen jure Civili testamentum nullum est, & subsistere nequit. L. 35. §. 1. C. de inoff. test. Nam librorum institutio tam necessario requiritur, ut ea omissa, testamentum ipso jure nullum sit, nec expectetur filii consensus vel dissensus. Salycet. ad L. uxoris. C. de postb. hered. n. 3. Igitur hoc etiam casu provide agit, qui, relecto jure civili, convertit se ad successionem Prætoriam, arg. L. 6. §. 6. ff. de Bon. poss. contr. Tabb. Prætor enim non curans subtilitates stricti Juris, omnia pacta & promissa deliberato inita & facta servanda præcipit. L. 1. ff. de Const. pet. Hinc testibus Claro Recept. sent. lib. 3. §. testamentum. qu. 43. n. 3. Berlichio P. 3. concl. 16. n. 10., Carpzovio P. 3. C. 10. d. 1. n. 2. Bachovio ad. Trentl. vol. 2. Disp. n. tb. 1. lit. C. jure Prætorio hodie hoc casu tutissime ad hereditatem pervenitur.

*Statu juri-
dico testis.*

§. XII. Non solum autem per præteritionem te-
stamentum mutatur, sed necessario etiam mutatio testa-
toris

toris ultimam voluntatem sequitur, si testator statum *ris mutato*
mutavit, quod in specie *irritum* vocatur, si v. c. capit is *& testamentum muta-*
deminutionem passus est testator post *conditam supre-*
mas tabulas, postea vero in pristinum statum restituitur. *tum muta-*
tur ac nul-
lum est.

Inst. Qu. mod. testam. infirm. Incidit enim testamentum in talern statum a quo incipere non potest, scilicet propter capit is diminutionem. Quod autem semel vitiosum est, stricto Jure ciuili ex postfacto & tractu temporis non convalescit. *L. 29. & 201. ff. de R. I.* licet. restitutio

a Principe facta & impetrata sit. Hoc casu heres scri- *Conservatur*
ptus hereditate secundum jus civile excidit, provide vero *jure Prato-*
tunc agit, si ad possessionem Bonorum Prætoriam re- *ria.*
currat. Prætor enim ex æquitate, si tempore mortis quis inveniatur in eo statu ut libere testari possit, testamentum antea conditum ratum esse jubet. *L. 1. §. 8. de Bon.*
poss. sec. tabb. L. 6. §. penult. ff. de Inj. rupt. irrit. §. 6. Inst.

Quib. mod. test. infirm. Par decisio formanda secundum tenorem juris Civilis, si quis sui juris testamentum condit, postea vero se arrogandum alteridat. Hoc testamentum, licet postea in nulla potestate constitutus moriatur, nullum est per rationes jam adductas. Interim tamen, si in statu libertatis antequam moritur, denuo voluntatem suam super seruandis tabulis aperuit, Prætor hoc testamentum, nullum jure Ciuii, validum pronuntiat. *§. 6. Inst. Qu. mod. test. infirm. Bachov ad Treutl.*
vol. 2. Disp. 10. th. 7. lit. D. B. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Ex-
erc. 32. th. 45.

§. Xlll. Non minus etiam testamentum illius *Testamen-*
mutatur, qui postea aliud testamentum condidit, adhi- *tum prius*
bitis omnibus ad perfectionem ejus requisitis; sed po- *posteriori*
terioris sua voluntatis pœnitens, prius testamentum *perfecto mu-*
valereatur.

valere cupit. Nam prius semel per posterius perfectum nullatum est, hinc convalescere amplius jure non potest. Nec potest paganus cum duobus testamentis decedere. Cyriac. lib. 1. Contr. 168. n. 16. Si post igitur prius testamentum conditum testator voluntatem suam mutaverit, prius ipso jure rumpitur & corruvit. L. 1. ff. de Rupt. irrit. Licet ergo expresse, & eum in finem Testator posterioris discerpat, ut prius valeat; tamen prius testamentum validitate destituitur. Igitur hoc casu nullum aliud remedium superest, quam *Jus Prætorium*, secundum quod ex æquitate prius testamentum robur accipit. Quando itaque ex revocatione posterioris testamenti reviviscat prius, & an heres institutus in testamento quo revivixit, habeat actionem, an tantum exceptionem? late agit Fr. Niger Cyriac. alleg. loc. conf. etiam Dilect. de Art. Testand. tit. II. caut. 14. n. 2. cas. 12. Brederod. de Cautel. tit. de Acq. vel Omit. hered. §. quo remedio. n. 2. cas. 12. Dn. Præses de Success. ab Inst. Diff. IX. Cap. 4. §. 31. seqq.

Duo testamento sine dato sunt nulla jure civili.

Conservari possunt ex beneficio Prætoris.

§. XIV. Quod si autem Testator cum duobus diversis testamentis sine die & Consule relictis decebat, necesse est ejusdē voluntatem jure civili exitum habere, non posse, sicque mutari. Nam cum non constet ex hisce testamentis, quodnam prius, quodnam posteriorius, & paganus cum duobus testamentis simul decidere non possit, utrumque testamentum reprobatur jure ciuili. §. 2. Inst. quib. mod. test. infirm. & ibi Harprecht. B. Dn. Brunnem. in Exercit. Mich. Grass. Recept. sent. §. testamentum. qv. ult. Ast provide & solerter hoc casu suggeritur remedium ex L. 1. §. 6. ff. de Bon. poss. sec. Tabb. quippe in quo textu hic causus nervosus est decisus, prout eleganter observat Dn. Præses alleg. loc. §. 37. juxta quem & eadem decisio, ob pari-

paritatem rationis, formanda est in casu , ubi duo diversa testamenta adsunt, unum vero diem adscriptum habet , alterum non , ac non constet an illud sine dato recentius sit vel non ? conf. etiam Mantz. *Cent. Dec. qu. 31.* Cancerii *s Var. Resol. P. 1. c. 4. n. 25.* Et notabile est , quod affert Cæf. Argelus de *Acq. poff. n. 53. p. 182.* quod testamentis duobus eodem die confectis , illud præferatur in quo hora est adscripta.

§. XV. Postquam itaque perlustravimus potiores casus ubi in genere voluntas ultima mutanda esset secundum regulas juris Quiritum , nisi Prætor ex æquitate , tales voluntates supremas illæfas & illibatas conservaret , quo voluntas morientium exitum consequatur ; Consequens nunc est , proprius accedere ad specialem mutationem Testamentorum factam ab illis a quibus condita sunt . Hos enim pro lubitu ultimas suas voluntates immutare , reformare , augere & minuere posse , per illa quæ supra fusius deducta sunt , extra dubitationis aleam posita existimo . Interim tamen illa facultas liberæ testamenti factionis ad mortem usque , hodie restrictionem accipit moribus & statutis , pacta conventa de futura successione approbantibus , contra *L. fin. I. de pact. qu am consuetudinem introduci , & eatenus Jus Civile abrogari potuisse , Dd. uno ore confirmant. Andr. Kohl de Paßt. *Dotal. p. 2. n 70.* Dauth Tr. de Testam. n. 86. Hartm. Pistoris p. 4. qu. 2. n. 44. Mev. ad Jus Lubec. p. 2. tit. 1. n. 107. Struv. Exerc. 30. tb. 19. & Exerc 38. tb. 48. Merri enim Juris Civilis est , non naturalis aut gentium , quod sibi quis facto aut pacto suo libertatem testandi tollere non possit , ceu illud eleganter & solide ex jure naturali & divino dudum evicit Dn. Præses de S. A. I. Diff. VIII. c. 13. §. 6. seqq.*

Facultas
mutandi te-
flamenti m
hodie non o-
mnici acau am-
plius litera
& infini e
est.

§. XVI.

*Difinitio
inter testa-
menti muta-
tionem spe-
cialem, de-
clarationem,
& revisionem.*

§. XVI. Extra hæcce pacta & conventiones autem manet potestas testamentum faciendi, illudque pro lubitu corrigendi, revocandi, mutandi salva. In genere vero circa mutationem observandum est, quod illa non mox præsumatur a testatore facta esse, si illud in aliquibus declaret. Nam voluntas dubia quæ præcessit, declaratur ex subsequenti, Ioh del Castillo *contr. Jur. lib. 4. c. 9.n.57.* Declaratio enim nihil de novo confert. L.21. §.1 ff. qui test. fac. poss. Huc etiam quodammodo spectat, si testator in testamento mentionem faciat controversiæ dubiæ, verum quod secundum huius vel illius Doctoris sententiam de ea judicari velit suum testamentum. Quæ declaratio efficit, ut testamentum interpretandum sit secundum nominati D. opinionem L. Theopompus. 14. ff. de dot. prælegat. Quæ etiam declaratio ultimæ suæ voluntatis valet, si ex postfacto in præsentia duorum testium facta est, Rulin. Vol. 1. conf. 192. n. 5. Deinde testamenti revisio cum mutatione non est confundenda. Sic v. c. testator testamentum lino aut cera, aut hodie sigillis munitum & involutum reserando, non censetur illud revocasse aut mutasse, cum illud magis revidendi causa, quam mutandi aut revocandi fecisse videatur. Ant. Peretz. in Cod. de Testam. n. 20. Idem dicendum est, si testator testamentum judiciale sive judici oblatum & in judicio reconditum avocet. Nam tunc non præsumitur illud animo revocandi aut annullandi, sed tantum denuo perlegendi hoc facere. Quamuis enim non negetur, quod testamentum coram Principe factum, Tabor de testam. Princ. oblat. Cap. 6. tb. 18. imo etiam coram Imperatore, Jul. Clarius de testam. qv. 94. n. 2. aut quolibet Rege alio, Molina de Inst. & jur. tom. 1. tr. 2. disp. 153. n. 1. postea mutari possit, attamen illa mutatio non præsumitur a testatore facta, nisi argumenta istius rei evidenter adsint. Nam voluntatis

ULTIMARUM VOLUNTATUM.

三

tatis suæ mutatio est facti, quæ non præsumtur. L. Eum-
qui. 22. ff. de Prob. L. Lucius. 22. ff. de Legat. 2. Mantic. de Con-
ject. ultim. Vol. lib. 7. tit. I. n. 2.

S. XVII. Possunt vero omnis generis ultimæ vo- Omnis gene-
luntates mutari à Testatore, dum scilicet illæ vel revo- ris testamen-
cantur; vel aliae novæ substituuntur in ipsarum locum, ta, etiam ubi
Merc. Merlin. *Decis. 803. num. 4.* Quamvis autem olim dubi- Princeps in-
tatum sit, an testamentum in quo Princeps heres scriptus stitutus est pos-
mutationi obnoxium foret, *L. 6. C. qui testam. fac. possunt. dum* sunt mutari.
scil. hæc mutatio injuriam post se trahere videtur, qua-
si Princeps hereditatem non mereatur; attamen in *al-*
leg. *L.* *sancitum est clare, quod si quis Imperatorem for-*
te heredem instituerit, habeat mutandi judicij facultati-
m, & quemcunque voluerit secundum leges in testa-
mento suo heredem scribendi. Nec necessè est, ut il-
la mutatio fiat per ejusdem generis testamentum. Sic
Testamentum in scriptis per nuncupativum potest re-
vocari. Richt. *p. 1. dec. 54. n. 24.* Mutatur igitur testa-
mentum solenne conditum ab eo qui nondum miles e-
rat, per minus solenne postea in militia conditum. Nec
obstat, quod difficilius illud solvatur, quod magna cu-
ra colligatum est. Guid. Papæ *Dec. 200.* Nam leges nullibi
prohibent, quod solenne per minus solenne non possit
mutari. Richt. *vol. 2. Conf. 419. n. 16.* Steph. Grat. *tom. 4. discept.* Princeps in-
n. 61. Nic. Everh. Jun. *vol. 1. conf. 27. n. 22.* Excipiendum ta-
men ab hac regula merito videtur testamentum sol-
lenne, in quo heres institutus, quod non mutatur per
nuncupativum testamentum in quo Princeps institu- stituti utun-
tus. Clare satis hoc sancitur in *L. nullus 26. Cod. de Te-*
stam. Prohibetur enim ibi, testes examinare super
nuncupativo ubi Princeps heres institutus dicitur, si
scilicet in testamento scripto aliis heres institutus. Quod tetur jure reli-
quorum pri-
vatorum.

三

Brun-

Brunnemanno in *Comm. ad h. L. 20.* bene constitutum videtur, quia facile reperiuntur, qui ad captandam gratiam Principis, vel. potentiorum, se audivisse dicerent, quod principem instituerit heredem. *conf. Gilcken ad d. L. 20.* Ut ut autem Hieron. Panschman *lib. 2. qu. 19. n. 10.* hanc dispositionem *dicte L. 20.* de testamento nuncupativo imperfecto accipiat, & Riminaldus etiam apud Brunn. *loc. all.* ei in hac opinione præiverit; attamen sententia, quam modo afferuimus, communis est, & menti legis conformior. *Richt. p. 1. dec. 54. n. 20.*

*Testamentū
Parentum
inter liberos
quomodo
mutet-ur.*

§. *XIIIX.* Quid autem dicendum de Testamento parentum inter liberos; an & illud per quodcunque testamentum aliud potest mutari? Negativam hic amplectuntur multi Dd. propter *Novellam 107. c. 2.* & inde sumptam *Auth. Hoc int. Cod. de Testam.* quia ibid isponitur, quod testamentum inter liberos non mutetur, nisi testamento posteriori solenni & clausula derogatoria adjecta expresse, licet illa alias omni posteriori testamento tacite insit. *Richt. ad alleg. Auth. n. 9.* Hinc singulare aliquid hic notant Franc. Vivius *Dec. 92. Thes. p. 4. qu. 34. n. 10.* Verum hæc sententia cum grano salis accipienda, & diversi casus distinguendi sunt. Aut enim pater in posteriori liberos æque instituit, aut extraneos. Priori casu, si æqualiter sunt instituti, nulla ratio apparet, cur non prius testamentum sit mutatum, licet non solenne sit, aut clausula derogatoria instructum. B. Brunnem. *Comm. ad dict.* *Auth. n. 1.* Idem in *Not. ad Stephan.* *Comm. in Novellam 107. n. 14.* Sichardus *ad Auth. alleg. n. 4.* Gail. *lib. 2. obs. 121. n. 13.* *Richt. ad d. Auth. infin.* Moll. *lib. 4. Semestr. c. 22.* Carpz. *P. 3. Const. 4. d. 25. n. 5.* Sin autem inæqualiter instituti, vel his mixti extranei, tunc puto prius non aliter esse revocatum aut mutatum, quam si fuerit coram 7. testi-

testibus factum & clausula derogatoria expressa munitum. Richt. p. 1. dec. 49. § ad Aub. alleg. n. 3. Panschm. lib. 2. qu. 16. n. 18. Gilcken ad dict. Auth. n. 1. sequ. qui tamen male dict. Novell. restringit ad casum, quando in scriptis prius testatus est pater. Nam ratio juris hoc non patitur, quia alias inter testamentum scriptum & nuncupativum quoad effectum nulla deprehenditur differentia. Brunn. ad d. Auth. n. 1.

§. XIX. Posse etiam plures in una tabula five Testame nt. charta testamentum condere, v. c. duos fratres, leges plurium in non refragantur, vid. Ioh. Del Castillo Contr., Jur. quest. p. 2. c. 18. Alph. de Azeved. Conf. 3. n. 1. Marci. Decis. Delphin. p. 2. d. 186. n. 1. Stephan. Grat. Discept. For. tom. 5. c. 908. Quæritur vero, *an unus invito altero hoc testamentum mutare possit?* videtur quod non, unum enim testamentum est, unam etiam tantum requirens solennitatem non duplicatam, quia uno contextu adhibita refert se ad omnes personas testantes. Del-Castillo loc. alleg. Verum hoc casu unum non esse testamentum, sed quot personas testantes, tot etiam esse ultimas voluntates, verius est. Igitur quilibet horum testatorum potestatem habet invitis alteris suam voluntatem mutandi. Quamvis enim simul testati sint, et alter credidit alterum non revocaturum esse suam voluntatem, scire tamen debisset, voluntatem hominis ambulatoriam esse usque ad mortem, nec posse quem sibi legem dicere in testamentis, a qua postea recedere non liceat. L. 22. ff. de Legat. 3. Gratian. loc. alleg. Nec interest, an ille, qui simul disponuit, sit adhuc superstes, an morte sua confirmaverit suum testamentum, Castill. n. 18. etiam si ad piam causam, alias favorablem, testamentum factum sit. Azevedo conf. 3. n. 4. *Quod si itaque hoc casu mutatio impedien-*

dasit, iuramentum de non mutando, aut pactum & stipulatio mutua intercedat. *vid. §. 25. in fin.*

An testamē- §. XX. Quid igitur dicendum de Testamentis conjugum reciprocis, *an illa mutationi obnoxia erunt?* *reciproca* Negativa sententia vel exinde clarissime stabiliri posse *posint mu-* videtur, quia alter ab altero mutuo heres instituitur in *pari.* una eademque charta, iisdemque solennitatibus. Petr. Peck *de testam. conjug.* lib. 1. c. 7. Gail. lib. 2. obs. 117. & ibi Græv. *in addit. Mynsing.* Cent. 2. obs. 33. n. 7. Ant. de Gaff. dec. 258. Franzk. lib. 2. resol. 11. Mævius p. 9. D. 148. Del. Castill. *contr. Qu.* P. 2. c. 18. n. 13. Et mutuam fidem videotur violare illa pars, quæ hoc casu a suprema sua voluntate iterum discedit. Schilt. Ex. 29. tb. 54. seqq. Ast & illa testamenta mutationi obnoxia esse, licet conjux ad plures abierit, de jure civili omnino verior est sententia. Sunt enim duo testamenta. Propterea valent etiam hic rationes §. præcedente allatae. Hinc teste Mævio *ad Jus Lubec.* p. 2. tit. 1. art. 10. n. 11. si statuto receptum sit, ut gabella solvatur pro testamento, duplex pro reciproco testamento conjugum solvenda est, & juxta Carpzovium p. 3. const. 7. Def. 22. Notarius conficiens hoc testamen- tum reciprocum, duplex honorarium exigere poterit. Singulæ enim personæ suam voluntatem ultimam edunt, etsi conjunctim & tabulis connexis, tamen pro se quæque testatur, nec alterius vis ex alterius voluntate subsistit. Mævius. *alleg. decis. n. 3.* Hinc si hoc casu unius conjugis testamentum ex aliqua causa forte irritum fiat, alterum tamen subsistit. Mæv. *ad Jus Lub. l.c.* Interim tamen licet unius voluntas revocata sit, non tamen alterius mox mutata dicenda est. H. Zœsius *ad ff. de Inj. rupt.* n. 22. Peck. *all. tr. l. l. c. 43. n. 4.* *Quamvis enim alterum alte-*

alterius contemplatione factum sit, ut propterea subsistente uno alterum quoque subsistere debere, & vice versa, dicendum esse videatur, attamen ex alterius voluntate alteri libertas testandi auferenda minime est. Contra vero coniux prædefuncta morte sua, dum non ante mutavit, confirmavit suam voluntatem, superstitionis autem mutandi potestas salva est. *Carpz. p. 3. c. 7. def. 12. Hœfer de Acq. et Conj. p. 2. l. 6. n. 139. Dn. Zaunschliff. Diff. de Revoc. testam. th. 9.*

§. XXI. Igitur ad admendam potestatem mutandi testamentum, nonnulli suadent, tunc immutabile Cautela ex fieri testamentum, si Ex. gr. solus maritus testetur de bo- *Carpzovio.*
nus suis & uxoris simul, ac uxor de suis bonis marito con- *ad mutatio-*
fentiat & dispositioni mariti subscribat, tunc enim mor- *nem horum*
tuo marito viduam voluntatem suam mutare non posse. *Testamento-*
Est in hac opinione B. Dn. Carpzov. *Jur. For. part. 3. Conf. 2. Def. 13. n. 7.* persuasus, quod hac cautela marito uxoris in-
constantiam metuenti plenissime consultum videatur, *rum impedi-*
pro hac sententia allegans Peck. *all. tr. l. 1. c. 43. n. 3. Covarr. in*
ruor. X. detestam. p. 2. n. 21. Rationes ipsius sunt, quod in casu,
si maritus solus testetur, eique testanti uxor consentiat
(1.) non nisi unicum habeatur testamentum, quod pro
parte revocari, & pro parte valere nequit, *Bald. in L. 9. n. 42.*
de impub. & al. substit. (2.) uxor marito testanti consenti-
ens videatur per modum contractus se obligare. *Peck. d. c.*
43. n. 4. Bald. in L. 3. C. qui testam. fac. poss. n. 4. Consensu
vero semel præstito & contractu confirmato, mutatio-
ni & penitentiæ locus non datur. *L. sicut. 5. C. de O. & A. L.*
fin. ff. de pact. Admitti vero posset hæc sententia, siquidem
expressa pactio de non mutanda voluntate, inter mari-
tum hoc modo testantem & uxorem, intercessisset. vid.
Brunnem. in Comm. ad ff. ad L. 22. ff. de Legat. 3. n. 9. inf.

32 DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

Tale pactum vero cum non possit ex hoc actu probari, valebit & hic regula, quod testandi licentia nemini sit auferenda arg.d.L.22. Nec enim concessio testamenti faciendo continet revocationem mutationis, sed intelligenda est secundum naturam testamenti. Zoef. in Comm. ad. ff. de *Injus. rupt. irrit.* n. 24. Mynsing. 1. obs. 8. Pactum enim de non mutando, ex eo non deducitur, quod uxor marito etiam de suis bonis testari permiserit, fecit enim id salvo suo jure per leges competente, quod ipsi, nisi per expressam renuntiationem afferri non potuit. Testamentum enim non inducit naturam contractus, sed ultimæ voluntatis, quæ ad mortem usque mutari poterit.

*Turius reme-
diū ad im-
mutationem
testamenti
reciproci.*

§. XXII. Potest interim mutatio testamenti im-
pediri, si ad eum modum formetur quæstio, prout ca-
sus est a Struvio *Syntag. Jur. Civil. Exercit.* 32. thes. 43. no-
tatus, quod coniux superstes suam voluntatem mutare
non possit, quando defunctus conjux expresse eo fine
instituerit alteram partem, ex. gr. maritus uxorem,
& vice versa, ne ipsa suam voluntatem mutaret. Vocatur
hoc testamentum respectivum, quod pendet ex substan-
tia alterius. conf. Petr. Peckius de *Testam. Conjug.* lib. 1. c. 44.
n. 6. Matth. Berlich. Part. 1. Decis. 92. num. 5. Marta
in *Digest.* tom. V. voc. *testamentum cap.* 105. Ant. Faber
Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 5. def. 18. Mevius ad *Jus Lubec.* lib. 2.
art. 10. n. 36. Aliam non inelegantem Cautelam hoc ca-
su suppeditat Dn. Schilter *Exercit. ad Dig.* 39. thes. 57. sequ-
ut scilicet conjuges, ad removendas disputationes fori,
& si alter, alterius testamentum immutabile reddere
velit, ultimam suam voluntatem reciprocā, sive per
modum testamenti, sive donationis mortis causa factam,
Actis insinuandam current, ibique invicem sibi stipulen-
tur

*Cautela ex
Scbiltero.*

tur, omnia in hisce voluntatibus contentairrevocabili-
ter & inconvulse sese velle conservare. Hoc enim fa-
cto revocatio aut mutatio amplius locum non habet,
ceu ibi eleg. præjudicio Lipsiensi hoc confirmatur. Conf.
etiam Richter Dec. 22. n. 20

§. XXIII. Circa omnes autem hasce mutatio-*Mutationes*
nes testamentorum, cautela est a parte illius cuius inter-*Testamento-*
est, ne testamentum, fidei commissum, paæta dotaliaru*in generæ*
mortis causa inita, tum & donatio mortis causa mute-*probibentur*
tur, ut curet juramentum adjici. Quamvis enim hi a *per jurame-*
tus jure Civili ambulatorii sint ad mortem, & conse-*tum testato-*
quenterjuramentum iis accedens immutabilitatem lar-*ris.*
giri non posse videatur testamentis, Covarruvias *de te-*
stam. p. 2. n. 15. Guttieretz *de Juram. confirm. p. 2. c. 1.* Bot-
tillier *cap. 2. theor. 45. n. 20.* propter decantatum axio-
ma juris: Juramentum de jure Civili actui non majorem
vim conciliat, quam antea ille habuit, cum naturam,
qualitatem, conditiones omnes ejusdem actus cui acce-
dit accipiat. *arg. L. fin. Cod. de Non. num. pec.* Lauterb *de*
mort. caus. donat. th. 42. Mantica *de conject. ult. vol. lib. 6.*
tit. 2. n. 2. Camil. Borell. *Summ. Decis. p. I. tit. 60. n. 354.*
Verum hoc de jure Civili intelligendum est. Nam jure
Canonico, *cap.* Quamvis *de pact. in 6. tum & in Con-*
scientia, ille qui juravit de intemerata conservanda sua
ultima voluntate, obstrictus est abstinere de omni mu-
tatione, nisi velit fieri perjurus. Leonh. Lessius *de Inst.*
& Jur. lib. 2. cap. 19. dub. 8. n. 98. Brunnem. *ad L. 15. Cod.*
de Pact. n. 7. H. Pistor *p. 4. qu. 2. n. 26.* Paul. Christi-
næus *Decis. Mechlin. vol. 1. D. 134. n. 4.* Vinn. *tr. de*
pact. c. 19. §. 6. Ant. Pichard. *ad pr. Inst. de adim. le-*
git. n. 20. Molin. *de Just. & Jur. l. 2. c. 19. n. 90.* Höf.
de Acquest. Conj. p. 21. c. II. n. 2. Interim admittunt non-
nul-

24 DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

nulli, quod ob novam eamque gravissimam causam possit mutari testamentum juratum. vid. omnino Ioh. Dauth. *de testam.* n. 89. seqq. Covarruv. *de Testam.* p. 2. n. 9. Ant. Faber in *Cod. Sabaud.* lib. 6. tit. 5. def. 12. Atque eo restringendi sunt. Setserus *de Juram.* lib. 1. c. 25. n. 50. Fachin. l. 4. *Controv.* c. 8. Borellus *loc. cit.* n. 355. Illud porro notatu dignum est hoc casu, quod etiam Jure Civili juramentum adjectum ultimæ voluntati idem operetur, ac si clausula Codicillaris sit adjecta isti testamento. L. 77 *inf. ff. de Legat.* 2.

Quid ad legata & fiducias concomitantia, Legata scilicet & fideicommissa, quæ pro commissa lubitu revocari, mutari & in alterum transferri possunt mutandane- pr. *Institutio adim legat.* sive enim in Testamento, sive in codicillis relinquuntur. Priori casu non opus est alio testamento, sed & codicillis possunt revocari. L. 17. C. *de Legat.* Quid autem si in posteriori testamento aliis heres institutus, de legatis vero nulla mentio facta est, an tunc voluntas testatoris quo ad legata mutata est? Resp. Si aliud testamentum factum sit, hoc ipso legata priore testamento relicta infirmantur, atque cum testamento in quo relicta sunt corruunt, tanquam ejus pars, Joh. Petr. Surdus *Decis.* 38. n. 15. Si enim perit Principale, inutile est accessorium, cum ejus naturam sequatur. Joh. Franc. Leo in *Thes. Fori Eccles.* p. 2. c. 16. n. 70. Garf. Mastrill. *Decis.* 115. n. 4. Cardin. Tusch. *Pract. Concl. tom. I.* *concl. 76. lit. A.* Ant. Monach. *Decis.* 27. n. 4. Cancer. *Var. Resol. p. 13. n. 141.* Castill. *contr. l. 5. p. c. 168. n. 3.* Steph. Gratian. *Disc. For. cap. 282. n. 3.* Corruunt itaque legata, nisi in posteriori testamento expresse sint confirmata. Confirmatio

tio enim generalis non trahitur ad legata in specie revocata. Surdus *alleg. Decis. n. II.*

§. XXV. Eadem libertas circa mutationem *Dona-* De mutationis mortis causa salva est. Nam cum hæc jure novio- ne *Donatio-* ri in omnibus fere legatis exæquata sit, §. I. *Inst. de Do-* nis mortis nat. & perinde ut legata in testamento relictæ, mutationi *causa.* obnoxia, L. 13. & 16. ff. *de Mort. caus. Don.* licet Tabel- lio sive Notarius id quod in casum mortis fuit donatum, dixerit inter vivos donationem, cum hic suo errore veritati præjudicare non possit. Gamma dec. 258. n. I. Par- ris. *Conf. 72. n. 60.* Socin. *Jun. Vol. 2. Conf. 3. n. 28.* Rol. a Valle *Vol. 4. Conf. 32. n. 70.* Car. Ruinus *Vol. 3. Conf. 137. n. 12.* Hinc uti legata nuda voluntate possunt mutari & revocari L. 3. §. ult. ff. *de adm. Legat.* Sic perinde donator, si pœnitentiam suæ donationis coram V. testibus declareret, illa do natio mortis causa mutata est valide. Myns. *Dec. 7. Resp. 69. n. 13.* Alv. Velasc. *tom. I. Decis. 102. n. 22.* Richter *p. I. Dec. 22. n. 25.* Proprium enim est donationis m. c. ut revocari possit. Mev. *P. 6. Dec. 338. n. 1.*

§. XXVI. Ast quid dicendum est, si donatio mor- An Donatio tis causa, si legata jam vivo donatore & testatore sint tradi- bac & lega- ta, an tunc revocari & mutari poterunt? Resp. de hac re- ta vivo re- nos dubitare non finit, (1) quo ad donationem m. c. §. statore ab I. *Inst. de Donat.* Nam ita donat, ut si quid humanitus ei ipso tradita contigisset, haberet is qui accepit: fin autem supervi- possint am- plius mutari. xisset, qui donavit recipere: vel si eum donationis pœni- tuisset, aut prius deceperit is, cui donatum sit. Illustrat hoc Imperator exemplo donationis apud Homerum *Odyss. 17. circa pr. factæ a Telemacho Ulyssis F. Piræo.* De legatis autem (2) idem dicendum est, si scilicet tanquam legatum & non alio titulo traditum sit. Rod.

D

Gometz.

Gometz tom. I. Var. Resolut. c. 12. n. 4. Mantic. de Connect. ult. vol. tit. I. n. 40. Matth. de Afflict. Dec. 275. Barry de Success. Ita. 9. tit. 26^o n. 1. Licet non pure, sed etiam sub conditione sint data. L. 17. Cod. de legat. & ibi Brunn. in Comm.

Pacta dotalia per modum donacionis m.

XXVII. Pertinent huc etiam *Pacta dotalia* quæ de futura successione iniri moribus posse, quicquid sit de jure civili, unanimi consensu tradunt Dd. Kohl de pact. dot. p. 2. n. 79. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 9. p. 4. n. 16. Heeser de Conj. acqu. p. 2. loc. II. n. 32. Cothman vol. 2. Resp. 78. n. 176. Nimirum quatenus hæc pacta non inter vivos, sed in vim ultimarum voluntatum sunt concepta : Tunc enim utroque conjugum vivente, revocari & mutari possunt a parentibus, de quo vid. casus apud Brunneman. Conf. 165. vel ab uno conjugum, altera parte licet invita & obloquente. Nam ejusmodi pacta non habent robur & naturam pactorum simplicium, alias invita altera parte mutari haud possent ; L. I. §. 6. ff. Depof. cum contra pactum suum nemini venire liceat L. 13. ff. Comm. predior. L. 5. C. de O. & A. sed mixtam quodammodo pacta hujus generis naturam præ se ferunt, & juxta indolem ac naturam ultimarum voluntatum, mutationi & revocationi sunt obnoxia. Joh. a Sande Decif. Frif. lib. 2. tit. 2. def. 4. Hahn ad Wesenb. Tit. de pact. dot. n. 4. Gail. lib. 2. Obsf. 127. n. 2. Heeser de Acquestu Conjug. loc. II. p. 2. n. 32. Cothm. Vol. I. Conf. 21. n. 19. Dn. Præses Caut. Contr. Sect. 3. cap. 8. §. 2. B. Dn. Consul Meurer Diff. de pact. Dotal. cap. 7. §. 2. Me vius ad Fus Lubec. p. 2. tit. I. n. 100.

Pacta dotalia per testamentum

§. XXIX. De pactis dotalibus autem notandum venit, quod illa per testamentum non possint mutari, si non in vim ultimarum voluntatum sint concepta. Nam

fi

si per modum inter vivos, vel in vim contractus aut do-^{quando ms-}
nationis, illa inita, sunt immutabilia. Dn. Meurer alleg. Diff. secur. cap. 7. Struv. Syntagn. Jur. Civ. Exer. c. 30. th. 17. Carpz. p. 2. C. 43. d. 10. Cothm. vol. 1. conf. 21. Hinc illa non potest mutare pater nomine filiae aut filii constituens talia paetra Manz. dec. pal. 38. n. 5. Gvid. Pap. Dec. 145. n. 4. Vinc. de Franch. decif. 205. ne quidem ex causa ingratitudinis. Anton. Faber. Cod. lib. 8. tit. 38. d. 1. Heeser de Acquist. Conjug. p. 2. loc. 11. n. 125. Multo minus itaque potest unus Conjux invita altera a pactis dotalibus in vim contractus initis recedere. Hees. d. 4. n. 127. Richt. vol. 2. conf. 155. Cothm. vol. 2. conf. 78. n. 168. Hinc etiam hoc casu testamentaria dispositio non habet locum. Kohl de pact. dotal. p. 1. n. 1. conferatur Responsum adductum a Dn. Præside in Caut. Contr. Sect. 3. cap. 8. §. 20.

§. XXIX. Tota ergo decisio eo redit circa mu-
tationem pactorum dotalium, an testamento fieri possit, hoc ex natu-
re circumspiciatur, an illa sint simplicia, an vero mixta ?re horum
Verum hoc saepius intricati laboris est, cum vel unico pactorum di-
verbulo effici possit, ut ex pactis simplicibus fiant mixta, stinctione.
Ex. gr. pacta inter vivos dotalia sunt : Es soll auff ent-
stehenden Todes-Fall / der überlebende Ehe-Gatte
alle Güter behalten und haben. Verum si loco be-
halten und haben positum fuisset erben / succediren pa-
cta fuissent mixta & consequenter mutabilia. conf. Dn.
Præs. loc. alleg. §. 21. qui ibidem observat, quod vox erb-
lich / non semper pacta mixta faciat, quia illa vox inter-
dum denotat idem ac transferre simul ad ejus heredes, v.
c. der überlebende Mann soll der Frauen Güter erblich
behalten / ubi simplicia manent; aliud vero si in pactis

extaret: die Güter sollen alsdenn erblich auff den Mann/ h. e. hereditario modo, fallen. *ibid.* §. 22. Breviter vero distinctio inter pacta dotalia mixta & simplicia in eo poni posse videtur, quod illa sint, si de hereditate vel successione deferenda mentio fiat, uti jam dictum est. vid. late H. Pistoris *Quaest. illustr.* p. 4. qv. 31. Kohl *de pact. dotal. part. post. n. 50.* Mev. p. 2. ad *Jus. Lubec.* tit. I. pr. n. 102. quando autem non sic sunt concepta verba ut in casum mortis habeat conjux, sed executio demum post mortem fiat, in vim contractus valent, & sic immutabilia & omni testamento excepta sunt. B. Patriæ meæ cosul Dn. Meurer *de Pact. dotal. c. 7. tb. 2.* Heeser *de Acquest. Conjug.* p. 2. loc. II. n. 167.

Reensentur §. XXX. Alicubi etiam per statuta & Jura prostatuta provincialia viget jus, ut ne quidem pacta dotalia mixta prohibentiamus sint testamento mutari. Sic in specie testatur Dn. Lauterbach *diff. ad Jus Provinc.* 3. quod in terris Würtentorum dotalbergicis id ita servetur. De simili observantia Palatinatus fidem facit Reinh. Bachov. *ad Treutl.* vol. 2. *diff.* 7. *tb.* 7. *lit.* 1. §. 2. de Hollandia & terris vicinis idem perhibet Grönweg. *de Leg. abrogat.* ad L. 17. C. de pact. n. 4. Idem in Patria receptum est, de qua re luculenter testantur nostra statuta Hamburg. p. 2. tit. II. d. 22. & p. 3. t. 1. §. 18. & 19. per verba: so mag doch solch Testament der vollzogenen Ehezärtern/ in den puncten die denselben seyn ordentlich einverleibet / nichts præjudiciren. Unde patet, ibi, quo ad effectum, tantum concipi pacta dotalia inter vivos. Conf. Dn. Meurer. *alleg. Diff. cap. 7. §. 3.* Prout etiam satis manifeste vel ex inde conjecture licet, quod conditores statutorum nulla pacta dotalia mixta permittere voluerint, eo quod in his juxta tenorem juris Civilis V. testes requirantur, in statutis vero

vero nostris nullus numerus testium præcise est determinatus, vid. Excell. Dn. Thomasii *Diss. de pact. dotal. ad p. 2. tit. II. art. II. Satutor.* Hamburg. sect. 2.

§. XXXI. Cæterum mutatio omnis generis *Testamenta* testamentorum, uti modo adduximus, dependet a te-
statore. Huius enim voluntas in materia testamenta-*possunt mu-*
tari citra a-
ria, tanquam domina principem tenens locum & ubique *liquam cau-*
prædominans, utramque facit paginam & pro invida-*sam,*
bili lege servanda est, ceu loquitur Boitel. *Decis. 2. n. 140.*
Minime autem requiritur ad mutationem ultimæ vo-
tuntatis, justa, rationabilis & grauis causa, sed pro lubi-
tu hoc fieri potest. Multa enim possunt movere testa-
torem, quæ nos latent, & sunt in abscondito, variæ e-
nim sunt hominum voluntates. *L. 4. ff. ad Scons. Trebell.*
Præterea valet hic erga heredes & legatarios prioris
testamenti mutati illud Poetæ :

Non amo te (Volusi) nec possum dicere quare
Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Nec enim ullum jus quæsitum habet hæres institutus,
quamdiu testator vivit. Hinc frustra conqueritur in casu
mutationis, de injuria sibi facta citra aliquas causas. Suffi-
cit quod testator in posteriori hoc voluerit, hoc juss erit,
stat pro ratione voluntas. Ut adeo recte asseruerit cæ-
teris paribus Bartolus apud Heig. *ad pr. Inst. de adm.*
legat. quod nulla adsit Cautela, ne quis scribat testamen-
tum, aut scriptum muteret.

§. XXXII. Anceps vero exinde oritur quæstio, *Mutatio Te-*
quid dicendum sit, si *Testator propter falsam causam in testa-*
mento posteriori expressam mutauerit prius? Resp. latet hic *falsa causa*
casus in L. fin. ff. de Hered. inst. Ubi aliquis filiam institue-
rat heredem, eique patrem substituerat. Patre occiso &
rumore perlato, quasi filia quoque ejus mortua, muta-

vit testamentum & alium instituit hac præfatione : quia heredes quos volui habere mihi contnere non potui, Nonius Rufus heres esto. Quamvis autem hunc textum spinosum appellat Svaretz. in addit. ad Gometz. tom. 1. var. Resolut. c. 5. n. 24. decisio tamen est illa, quod heres in primo testamento, si sit superstes, possit petere hereditatem, Cephalus Conf. 148. n. 1 Steph. Gratian. Discept. Forens. 558. n. 25. cum posterius sub conditione factum esse præsumatur. Mantica de Conj. ultim. vol. lib. 6. tit. 14. n. 12. & in posteriori institutus heres habetur pro substituto. Vasqu. de Success. resol. §. 20. n. 24. Fr. Barry de Success. lib. 10. tit. 1. n. 12. Raphael, Cumanus in repet. ad d. L. Roman. sing. 255. Legata tamen in secundo testamento relicta solvere debet. d. L. ult. ff. de hered. Inst. Gometz. tom. 1. resol. c. 5. n. 24. Mantica loc. all. Limitat tamen allegatus Roman. l. c. regulam de legatis, nisi totam hereditatem fere exhaustant. Vid. B. Brunnem. Com. ad ff. ad L. ult. de Hered. Inst. n. 5. Causa itaque cur legata ex posteriori testamento debeantur, later in §. 31. Inst. de legat. & L. 17. §. 2. de condit. & demonstr. ubi dicitur quod falsa causa legato non noceat. Et accedit hic, quod falsus rumor, cuius intuitu testator testamentum & sicut heredis institutionem mutavit, non pertineat ad legata. Mantica atleg. loc. n. 12.

*Conservatur prius testa-
mentum si posteriorius ex
falsa per-
suasione co-
gnationis
conditum.*

§. XXXIII. Cum itaque causa finalis testatoris, quæ arg. alleg. legis ult. ff. de hered. inst. regulariter ex procœmio colligenda, Klock. vol. 2. Conf. 29. n. 801. Barbosa l. 14. c. 92. axiom. 1. in concursu duorum testatorum unum conservet, alterum vero mutet; pars decisio formanda erit, si ideo prius testamentum mutetur, quod putet testator heredem in posteriori testamento adscriptum, sibi fraternitate vel consanguinitate junctum

etum esse, idque falsum sit, & testator erravit. Nam conjunctio sanguinis semper videtur esse causa finalis institutionis arg. L. *sipater.* 4. & L. *nec apud* 7. C. *de Hered.* Inst. Decius *Conf.* 342. Menoch. lib. 4. *Præsumt.* 24. n. 5. Hinc cessante hac causa finali, cessat institutio in quocunque testamento posteriori facta, & manet prius immutabile. Richt. vol. 2. *Conf.* 294. Nec interest an consanguinitas sit arcta, vel remotior, Barry *de Success.* lib. 2. tit. 6. n. 5. naturalis an civilis. Unde si putarem filium, qui tamen suppositius est, & hac causa posterius testamentum condam priore mutato, hoc faluum manet. d. L. 4. C. *de Hered.* Inst. Item: Si putarem fratrem meum, quem in fratrem adoptavi, (non enim adoptamus fratres sed liberos d. L. 7.) non valet posterius testamentum, quia verisimile est, me non instituturum fuisse, si scivissem non fuisse vere meum filium, fratrem. Barry. *de Success.* lib. 2. tit. 6. n. 5. Mantica *de Conject. ult.* volunt. lib. 4. tit. 7. n. 5.

§. XXXIV. Sequitur vero nunc modus revocandi & mutandi ultimas voluntates. Requiruntur ^{Testamen-} _{tum} rite autem facta testatoris. Nam nudis verbis testamentum ab ipso non potest revocari aut mutari. Ex eo *von revoca-*
namque solo testamentum non potest infirmari, quod postea testator id noluerit valere. §. *Ex eo solo.* Inst. Quib.
mod. testam. infirm. quod pro regula tenendum est, *con-*
sentientibus omnibus Dd. Bachov. *ad Treutl.* vol. 2. Diff.
10. tb. 7. lit. Q. Moll. lic. 3. Semestr. c. 22. Richt. p. 1.
dec. 54. Uti enim nuda voluntate non fit testamentum;
 ita nec eadem reuocatur. Ant. Thessaur. Qu. For. 56.
 Quæritur autem de nuncupativo testamento, *anon illud*
nudis verbis mutari possit? videtur, quæstionem affirmative dicendam esse, quia quod nudis verbis fit, iisdem.

dem contrariis etiam mutatum censetur. Arnold. Vinnius *ad dict. §. ex eo solo.* Verum cum leges non distinguant hic, nec nostrum est, testamenta invicem separare, ut alia possint nudis verbis, alia facto mutari. Præsertim cum hodie frequentissimum sit, ut Notarius etiam majoris securitatis ergo, nuncupativam voluntatem inscripturam redigat, ac desuper instrumentum conficiat, ut proinde, etiam ex hoc capite nuda & verbalis revocatio nil operetur contra scriptam voluntatem. Richter. *Vol. 2. Conf. 104.*

Imo licet 7. §. XXXV. In tantum autem, nuda voluntas intestes *sunt efficax* est, ut licet coram 7. testibus Testator declaraverit, se nolle hoc testamentum valere, & sic mutasse suam voluntatem, tamen illud valeat. Wesenbec. *conf. 88.* quæ sententia fundatur in L. 27. *Cod. de Testam. ordin. nem.* Nam non aliter mutatum hoc modo dicitur, quam si *Nisi decen-* *decennium* fuerit elapsum. Ubi nova quæstio exoritur, *nium ela-* unde initium computationis hujus decennii statui debe*psum unde* at. Barry *de Success. lib. 10. tit. 1. n. 33.* Dauth. *ad L. 21. §. 1. hoc compu-* *n. 11. ff. de Testam.* Finckelhaus *Obs. 93. n. 16.* Cärpzov. *tandum sit.* *lib. 6. tit. 2. Resp. 17. n. 5.* Gratian. *tom. 4. decis. 763. n. 14.* Maynard. *Decis. Tholosan. Lib. 5. dec. 23.* aliisque hoc decennium a tempore confecti testamenti vulgo computant. Ast B. Cothmannus *Vol. 1. Conf. 39. n. 24.* putat, quod hoc decennium currat a tempore revocationis, si post revocationem per decennium tacuerit, & a revocatione dicta non resilierit. Verum uti prior sententia communior est, ita etiam menti legis latoris conformior per verba: *& post ejus confectionem decennium effluxerit.* Item: *sin autem in medio tempore.* Brunnem. *Comm. ad Cod. ad L. 27. C. de Testam. n. 10.* Præsertim cum Justinianus Imp. autor hujus Legis videatur *vo-* *luisse*

voluisse corrigere veterem *Decisionem L. 6. Cod. Theodos. de Test.* qua constituebatur, ut si quis post conditum testamentum viveret per decennium & suam non mutaret voluntatem, illud testamentum post decennium non valeat. Hinc irritum erat, si non confirmabatur post decennium. *Argelus de Acqu. poss. num. 91. p. 186.*

§. XXXVI. Illa vero quæ diximus, quod mutatione testamenti nudis testatoris verbis facta non valeat, tum *militis nisi post decennium, non extendenda sunt ad testamentum nudis verbis militare.* Nam inter alia privilegia & immunitates, militibus ob favorem defensionis patriæ concessas, & in specie quidem circa liberiorem & tot solennitatibus non adstrictam testandi formam, etiam illa comparet, quod miles testamentum suum nudis verbis, legitime tamen probatis possit revocare. *L. 15. §. 1. ff. de testam. militari.* Intelligimus vero hoc de tali testamento militis quod in pugnæ expeditionibus conditum est, quippe quod privilegii testamenti militaris demum gaudet omnibus. *§. 1. seq. Inst. de testam. mil. L. 35. ff. de testam. mil. L. 15. Cod. eod.* Hinc idem dicendum est de milite limitaneo in loco periculoſo constituto, Ex. gr. *In der Postirungs-Linien,* & ubi hostilis vis semper ingruit. *Struv. Exerc. 34. Th. 4. Finckelthaus Obs. 46. Carpz. L. 6. Resp. 14. n. 18.* Imo par decisionem, ob paritatem rationis? & inde resultantis dispositionis, formanda est de testamento pagani in hostico condito. vid. *Exc. Dn. Harprecht Diff. de testam. in Hostic. cond. §. 105.*

XXXVII. Quid vero de judiciali testamento dicendum est, testatore in judicio id revocante, annon & decennium requiretur? Adfirmans sententia vel ideo vindetur amplectenda, quod leges nullibi excipient a regula testamentum judici oblatum. Legibus vero non distin-

distinguentibus nec nostrum est illas formare. vid. Lauterbach. *Diss. de testam. judic.* §. 18. & præterea etiam confitetur, quod per solam repetitionem testamenti judicialis illud non infirmetur. Berlich *P. 3. concl. 4. n. 46.* Accedit, quod judicis præsentia in loco judicii suppleat defectum testium in judiciali testamento. *L. 19. Cod. de Testam.* Soli testes vero etiam 7. non sufficiunt ad mutationem testamenti nudis verbis revocati ; Hinc & dicendum est, quod nec judicis præsentia sufficiat, licet coram ipso revocatum sit, si non decennium a condito testamento sit præterlapsum. Quanquam autem hæc sententia suis rationibus non destituatur, contra ria tamen sive negativa hujus quæstionis plerorumque Dd. calculo recepta est. vid. Carpzov. *Jurispr. For. Part. 3. Const. s. def. 27. n. 2.* Berlich *Concl. practic. ab. P. 3. Concl. 4. n. 53.* 3. Richter part. 1. dec. 54. num. 18. Besoldus tom. 4. *Conf. 144. n. 10.*

Nec nudis aerbis revocatur testam. licet testator dicat, quod velit decedere intestatus. §. XXXVIII. Excipiunt præterea Dd. a regula, quod per nudam revocationem testamenti, illud non mutetur, nisi decennio effluxo, casum illum, si testamenti revocatio facta est animo condendi novum testamentum, addita clausula : *Quia volo interim decadere intestatus.* Hanc clausulam id operari dicunt, ut primum testamentum tollatur & mutetur, etiamsi posterius non fuerit factum. Argel. *de acquir. possess.* n. 16. p. 194. Hoc tamen casu 7. testes id audientes requirit Vinc. de Franchis *dec. 287.* & hanc sententiam vocat communem | Hercules Marescottus *Var. Resolut.* lib. 1. C. 48. n. 5. vid. etiam Iul. Clarus §. *testament. qu. 91. seqq.* Steph. Gratian. *Tom. 4 decis. 763. n. 3.* Petr. Surdus *Dec. 128. n. 3.* Cagnolus in *L. nihil tam naturale.* F. de R. I. n. 3. Vasqu. *de success.* §. 15. n. 62. Ampliat etiam hoc Alexander

Ludowis *Dec.* 146. ut procedat, licet expresse non dixerit testator, quod velit decedere intestatus, modo ex aliis fortibus conjecturis de hac voluntate intestato decedendi constet. Verum hæc sententia ac cautela Dd. allegatorum paulo penitus inspecta, pertinere videtur ad earum classem, quæ egregia promittunt, sed pauca præstant. Nam testamentum quod nudis verbis valide non mutatur, uti modo dictum, illud nec addita hac clausula revocabitur. Nam hæc clausula omnibus etiam nudis revocationibus per se ineft. Hinc nihil interest, qua formula testator utatur, cum nulla sufficiat. Reinh. Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Disp. 10. th. 7. lit. B.* Mantic. *de C. U. V. lib. 2. tit. 5. n. 9.* Vinn. *ad §. 7. Inst. Qu. mod. testam. infirm.* Harprecht. *ad Eund. loc. Mat. Wesenbec. Conf. 88. n. 18.* Nec melioris efficaciæ aliae clausulæ, quæ hic solent a Dd. commendari, E. gr. quod testamentum debeat esse mutatum *omni meliori modo*, item : *ex certa scientia* : *quod sit enixissima & seria voluntas.* Vid. Gratian. *Disp. For. tom. 4. c. 763. n. 8.*

§. XXXIX. Ceterum cum verbalis revocatio & *factio testam- mutatio ultimæ voluntatis* citra lapsum decennii a tem- mentum for- pore conditi testamenti nil operetur, melius sibi con- us mutatur sullunt illi, qui ultimas suas voluntates mutare cupien- *quam verbus.* tes non subsistunt in nudis verbis, sed facto ipso testa- menta sua scindunt, delent, cancellant, rumpunt, aut alio modo abolent. Majorem enim vim ad revocatio- nem ultimæ voluntatis habent facta, quam verba, Me- vius *conf. i. n. 16.* Quanquam hoc lubentes concedamus B. Lauterbachio *ad p. 3. Jur. Provinc. Würtenberg. tit. 20. th. 4.* quod non idonea ratio afferri possit, cur indubita- & expressa voluntas coram testibus facta non debeat idem valere, quam sigilli remotio, deletio, cancellatio,

E 2 testa-

*Consuetudi- testamenti Hinc & consuetudinibus nonnullorum loco-
nes locorum rum recessum est ab hac dispositione Juris Civilis, Grœ-
decennium neweg. de L. Abrog. ad L. 27. Cod. de Test. qui, more suo, hanc
non atten- legem ubique abrogatam hodie esse contendit. Verum
dentes. cum hujus Doctoris testimonium de valore Juris Civilis non sit omni exceptione majus, vid. Dn. Præf. Usu Mod. ff. Diff. prelim. §. penult. Hinc hujus & reliquorum exterorum J. Ctorum testimonia ultra provincias in quibus scripserunt in dubio non accipienda sunt. De Saxonice sitidem terris perhibet Finckelthusius obs. 39. n. 17. quod ibi testamentum revocetur & mutetur nudis verbis coram Notario & testibus factis. Idem sancitum reperitur Jure Würtenbergico Prouinciali p. 3. tit. 20. §. 50 den eiusdem.*

*Heres ex pri- §. XL. Ubi vero hoc per expressas leges Juri
mo testamen- Civili derogantes non constitutum reperitur, ibi utimur
to nudis ver- jure communi. Nec poterit heres scriptus, si ex testa-
bis revocato mento revocato quidem coram testibus, sed decennio
an actione nondum elapso, petat hereditatem, exceptione dolire-
doli possit moveri ab heredibus ab intestato. Nam lex ei adhuc
compelli. defert successionem. Potest etiam ipse salva conscientia
hoc facere, quia leges ipsi assistunt, & posterius testa-
mentum est imperfectum. vid. Dn. Præf. Diff. de Foro
Conscient. c. 4. n. 44. Pufend. de J. N. I. 4. c. 10. §. 7.
Hinc si defunctus noluisset hanc voluntatem suam effe-
ctum consequi, potuisset incidere, abolere tabulas,
quod cum non fecit, præsumtio adest, quod pœnitentia*

*Legata nudi revocationis ipsum subierit. Legata vero sub hac classe
verbis pos- non comprehenduntur. Quippe quæ nuda verbali re-
sunt mutari. vocatione satis probantur mutata. Harprecht ad pr.
Inst. de adempt. legat. Ludwel. de ult. vol. p. 1. cap. 6. Sic
nuda voluntate etiam fideicommissa adimi, constat ex L. 3.
§. ult.*

§. ult. ff. de adim. leg. Quot autem testes hoc casu requiri- Quot testes
rantur, de eo non convenit inter Dd. Duos ad revoca- b. c. requi-
tionem sufficere, contendunt Mascard. de prob. vol. 2. rantur?
concl. 969. Tusch. pract. concl. 138. n. 28. Hug. Donell.
Comm. Jur. Civ. lib. 8. c. 17. Distinguunt autem Card.
Mantic. lib. 9. tit. 5. n. 13. & Barry. lib. 9. tit. 29. n. 2. apud
Brunnem. in L. 17. Cod. de leg. n. 6. an ipso jure dicatur
legatum extinctum, an vero ope exceptionis. Poste-
riori casu duo, priori quinque requirunt. Indistincte
vero quinque testium præsentiam ad adimentum lega-
tum exigunt Olivar. Razzal. dec. 382. n. 2. Ioh. Petr.
Surdus dec. 128. quarum etiam opinio tutior est. Nam
circa mutationem ultimæ voluntatis illud pro re-
gula observandum est, quod eodem modo quo constitu-
itur, etiam mutanda sit. Jam vero legata sunt etiam
species ultimæ voluntatis, & etiam in Codicillis sine V.
testium præsentia non possunt relinquiri. Militat pro
hoc sententia porro sollicitudo Romanorum ad exclu-
dendas fraudes circa ultimas voluntates. Hæ vero o-
ptime tunc evitantur, si non duo, sed quinque testes fide
sua legatum ademptum esse aut mutatum testentur. Nā
non minus in constituendo legato, quam in mutando &
adimendo fraus intervenire potest, ceu id bene observa-
vit Bachov. ad Wesenbec. tit. ff. de adim. legat. Hinc recte
Cæs. Argelus de Acq. Poss. num. 64. p. 184. contendit quod
in testamenti destructione idem numerus testium sit ne-
cessarius, qui in constructione.

§. XLI. Circa donationem mortis causa ejusque De' donation-
verbalem revocationem & mutationem, ut pluribus si- ne m. c. idem
mus solliciti, decisio §. prioris non permittit. Constat quod de le-
enim quod, donatio mortis causa per omnia fere cum le- gatis valeat.
gatis sit comparanda. §. 1. Inst. de Donat. Hinc quæ di-

Etia sunt de legatis, quod illa nudis verbis possint revocari, & illa de hac specie donationis valent. Quemadmodum vero ibi quinque testes requisiti sunt, ita etiam donatione m. causa tum demum valide a donante mutata censeretur, si poenitentiam donationis suam declareret coram V. testibus. L. fin. Cod. de mort. caus. donat. Alv. Velascus Decis. Lusitan. tom. 1. dec. 102. n. 22. Chr. Phil. Richt. part. 1. dec. 22. n. 25. Mynsing. dec. 7. Resp. 69. n. 13.

*Testamen-**tum mutatur*
cancellatione
et incisione.

§. XLII. Alter modus testamentum aut ultimum mutatur mam suam voluntatem mutandi & revocandi, sunt cancellatione et ipsius testatoris. Nimurum si ille testamentum suum deleat, incidat, cancellet. Nam per cancellationem testamentum plane corrupti, constat ex L. 1. § 3. ff. de his qua in testam. delent. cum exinde satis constet, testatorem poenitentia prioris voluntatis ductum esse illamque mutatam cupere. Ferdin. Vasquius de Success. Creat. lib. 2. §. 15. n. 63. § 113. Hinc communis Dd. opinio est, quod ultima voluntas eo ipso mutata sit, si inducantur & cancellentur tabulae, Aymo Cravetta Conf. 228. n. 1. Iul. Clarus comm. Sent. lib. 3. §. testamen. um qu. 93. Udalr. Zasius. lib. 1. conf. 2. n. 31. Si scilicet consulto ab ipso herede facta sit incisio, deletio. L. 1. ff. de his qua in test. del.

*Quid Juris,
si deletio re-
stamenti
fortuita.*

§. XLIII. Dixi consulto facta deletio. Quid igitur si inconsulto, fortuitoque hoc factum sit? Respondet Ulpianus in alleg. L. 1. quae in testamento legi possunt, eam inconsulto delera & inducta, nihilominus valent. Nam quod incaute factum est, pro non facto habetur, si legi potuit Addit IC. in cit. L. legi autem sic accipiedum, non intelligi, sed oculis perspici quae sunt scripta. Ceterum si extrinsecus intelliguntur, non videbantur legi posse, & hinc eodem Ulpiano judice, si legi non possunt

sunt quæ inconsulto deleta sunt, dicendum est, non deleri. Nam non constat quid? quale? quantum ex testamento soluendum sit. Hincjus non deficit, sed probatio L. *Duosunt Titii. 30. ff. de Testam. Tut.*

§. XLIV. Quid autem in dubio dicendum erit, *In dubio an an deletio testamenti consulto, an inconsulto facta est?* Com-
muniter Dd. distinguunt, an testamentum reperiatur a-
deletio con-
pud testatorem, an apud alium? illo casu consulto; hoc *sulto facta?*
vero præter intentionem testatoris hæc cancellatio, de-
letio, incisio facta præsumitur. Gilcken ad L. 12. Cod.
de testam. n. 12. Dauth. ad 21. §. si quid. post. num. 18. C. de
testam. Carpz. p. 3. C. 3. d. Menoch. remed. 3. Adipisc.
Poff. n. 709. Alii vicissim simpliciter dicunt, cancellati-
onem præsumi factam ex voluntate testatoris, & ideo
dispositio cancellata non valet. Alexand. vol. 7. Conf. 104.
n. 6. Card. Mantica. de. conject. ult. volunt. lib. 12. tit. I.
n. 29. conf. etiam Vasquius de Success. creat. §. 15. n. 105. Hinc qui
contrarium dicit, probare debet, id quod deletum est,
incaute vel casu factum esse. Richter ad L. 12. de test. n.
20. Nos putamus hanc rem dependere ex solerti inda-
gatione circumstantiarum & hinc arbitrium Judicis sibi
locum vindicare. Multum intererit etiam, an deletio
ante, an post testamentum consummatum sit facta?
vid. Nicol. de Passeribus d. Privat. Script. lib. I. qu. princ.
6. dub. 2. n. 19. Sic in casu ubi statim a morte testatoris
testamentum in cubiculo ipso, ubi diem suum cluserat
testator, apertum inventum fuerat, signis resignatis, sub
stragulo mensæ, præsumtio est, a testatore esse muta-
tum, Joh. Faber & Peckius apud Petr. Stockmann. *Decis.*
Brabant 2. n. 10. Vicissim si testator tantum paucos men-
ses post testamentum vixerit, & illud resignatum &
dele-

deletum reperiatur, præsumtio est, quod alias hoc fecerit, quia mutatio voluntatis brevi tempore non præsumitur in Testatore. Zœf. lib. 1. Cons. 2. Stockmann l.c. n. 8. Optimum vero est, ut in testamentis ab omni rasura & deletione abstineatur, ob disputationes quæ inde oriri solent. Barthol. Bertazzol. lib. 3. cons. 4ii. Si autem testator ipse deletiones facere cupiat, consulta est cautela ex L. 1. §. 1. ff. de his quæ del. ut adjiciat clausulam, *litteras inductiones, deletiones, superinductiones ipse feci*, quæ tamen & ipsa non referuntur ad ea, quæ inconsulto contingere. Pendente autem lite, an testamentum valeat nec ne, heres ab intestato non debet admitti in possessionem, nec effectualiter adire hereditatem, sed exitus litis est expectandus. Merlinus Rotæ Dec. 41. n. 15. An autem testamenti executio sit retardanda prætextu falsitatis, de eo late agit Dunoz. Dec. 304.

An ex testamento deleto a testatore legata debeantur.

§. XLV. Ventilari hic porro meretur, quid juris sit de legatis, si testator ipse in testamento suo delevit Heredes? Ancipitem fuisse disceptationem super hac re coram Imperatore Antonino institutam pluribus refertur a Marcello' in L. Proxime. 3. ff. de his quæ in Testam. delect. Prima Sententia Imperatoris erat: *Cum Valerius Nepos (testator) mutata voluntate & inciderit testamentum suum & heredum nomina induxit, hereditas ejus, secundum Divi Patris mei constitutionem, ad eos qui scripti fuerint, pertinere non videtur.* Vivius Zeno dixit: *Rogo Domine Imperator, audias me patienter: de legatis quid statues?* Antonius Cæsar dixit: *videtur tibi voluisse testamentum valere, qui nomina heredum induxit?* Cornelius Priscianus Advocatus Leonis dixit: *Nomina heredum tantum induxit.* Calpurnius Longinus Advocatus Fisci dixit: *Non potest ultimum testamentum valere, quod heredem non habet.* Antonius

ninus Cæsar remotis omnibus, cum deliberasset, & admitti eosdem iuris jussisset, dixit: *Causa presens admittere videtur humaniorem interpretationem, ut ea duntaxat existimemus Nepotem irrita esse voluisse, que induxit.* Ex qua constitutione humanissima, & juridivino conformi Brunnem. *ad h. L.* simul colligitur, quod testator, si ideo cancellavit testamentum, ut cum primo testamento, veletiam intestatus decederet, cancellatum testamentum ope exceptionis, quatenus deletum, sublatum esse, *L. i. §. 3. ff. b. t.* si vero testator ideo delevit nomina heredū, quod heredes indignos judicaverit, Fiscus aufert hereditatem salvis legatis. conf. Dd. *ad alleg. tit.* & B. Brunnem. *ad d. L. 3. n. 3.* In dubio vero potius præsumendum est, testatorem voluntatem suam hoc modo mutasse, favore venientium ab intestato, quam odio heredium, aut quod indignos eos judicaverit, nisi hoc expresse dixerit. Reusner. *de Testam. P. 2. c. 25.* Mantic. *de Conj. ult. volunt. lib. 12. tit. 1. n. 31.* & Dd. *ad L. penult. Cod. de testam. Pe-* laez. *de Major. P. 1. qu. 57. n. 81. & 89.*

§. XLVI. Constat præterea, quod unum testa- *Casus si u-*
mentum pluribus tabulis authenticis scribi possit. *L. per testamentū*
unum. 24. ff. de testam. Pone nunc, testatorem pluribus *pluria ex-*
tabulis eodem tenore scriptis, unius testamenti vo- *emplaria ha-*
luntatem eodem tempore solenniter compleuisse, dein- *beat, & non-*
de quasdam tabulas in publico depositas abstulisse atque *nulla sint de-*
delevisse: quæritur an hoc casu testamentū sit mutatum
hac deletione? Resp. Papinianus in *L. Pluribus tabulis. 4. ff.*
de his que del. ita: *que jure gesta sunt, praesertim cum ex ce-*
teris tabulis, quas non abstulit, res gesta declaretur, non con-
stituentur irrita: scilicet præsupponitur, de testatoris,
voluntate non plene circa mutationem constare, qui-
a inconsulto potuit fieri ista deletio, nec omnia exem-

42 DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

plaria ab ipso ablata sint. Hinc adjicitur : Sed si, ut intestatus moreretur, incidit tabulas, & hoc approbaverint qui ab intestato venire desiderant, scriptis avocabitur hereditas. Præterea si ejusdem testamenti duæ reperiatur scripturæ, quarum una sit nitida & altera expuncta, seu cancellata, tunc nitida habenda est pro originali, altera vero habenda est tanquam minuta, seu scriptura præparatoria Cardin. de Luca *Theatr. Verit. & Justit.* part. I. Tract. I. Disc. 65. num 4. Baldus lib. 3. Conf. 428. & libr. 4. Conf. 14. Quod eo magis procedit, si ista scriptura nitida habeat testes, & subscriptionem Tabellionis sive Notarii, quam ad probationem instrumenti matricis sive authentici requirit Puteus lib. 2. decif. 279. Accedit quod in dubio semper pro validitate testamenti, contra ademptionem hereditatis aut legatorum sit pronuntiandum. Menoch. lib. 4. presunt. 167. num. 1. sequ. Cardin. de Luca *alleg. Discurs. n. 17.* Et quamvis ex deletione, cancellatione & litura præsumptio mutationis voluntatis oriatur, tamen illa cedit fortiori præsumptioni, quod testator femei testari voluit, et potius, dum plures extant ejusdem copiae, vitandæ superfluitatis, quam ademptionis sive mutationis testamenti argumentum resultat. Cumanus, Bartolus, Castrensis ad L. Pluribus 4. ff. de his que det. Quid autem juris sit, si ex iudicibus matricibus ejusdem testamenti repertis in Conceptu Notarii de eodem rogati coram iisdem testibus, supposito quod inter se discordent, v. c. cum in uno simplex legatur heredis institutio, in alio vero præter institutionem reperiatur substitutio, & cui sit standum ex hisce duobus testamentis, subtiliter inquirit Aetolinus Resol. 2.

De deletio- §. XLVII. Quæ hactenus dicta, maxime pertinent ad deletionem, rasuram, cancellationem totalem.

n parte iab. Cære-

Cæterum verbis tantum quibusdam cancellatis, non totum infirmabitur testamentum, sed solum id quod deletum est. *L. 2. ff. de his que in test. del.* Nam si testator ex his, quæ in testamento continentur, quædam reformat, vel revocat, delet, quædam omittit, non dicitur recedere a tota voluntate, sed ab his tantum quæ revocavit, & cetera in suo robore consistunt. *Cyriac. l. 1. Contr. 108. n. 6.* vid. *tamen Contr. 16. n. 39.* Multo minus testamentum vitiaturex eo, quod in margine fuit adnotatum, si non sensum aut voluntatem testatoris invertat. *arg. L. 1. ff. cod. Carpz. P. 3. C. 3. d. 5.* Modo apposita in margine non contrarientur heredis institutioni aliisque in testamento contentis. *Idem. n. 6.* Idem dicendum est de *interlineari* scriptura, tum & *rasura*. Hæc simpliciter testamentum non vitiant, nec nullum reddunt aut mutant. Modo rasura & vitium ita sit commissum, ut ex præcedentibus & subsequentibus clarus & aptus sensus colligi possit. *Cap. ex literis. & cap. interdilectos 6. X. de fid. Instrum.* & ibi Iacobin. de St. Georgio n. 31. Cæpolla *Conf. 63. n. 10.* Socinus Sen. lib. 1. *conf. 15. col. pen.* Grammat. *Conf. 75. n. 1.* Præsumitur tamen *fraus*, si rasura, *correctio*, vitium appareat circa substantialia negotia testamenti, scilicet heredum nomina, legata, summas pecuniæ legatas. vid. *Dn. Praef. Diff. de Rasura.* Testamentum enim rejicitur cum inventur rasura in loco suspecto, & agitur tunc de possef-
forio Amiott. *part. 3. pref. num. 33.* Sic etiam diversitas atramenti, tum & modus pingendiliteras diversus, suspectum faciunt testamentum & falsum. *Aetolin. Resol. 66. n. 8.* Falsum autem in aliqua parte, remanet va-
lidum in cæteris suis partibus, de quibus non est contro-
versia. *Cyriac. lib. 3. contr. 108. n. 46.* etiamsi falsitas

fit in parte substantiali, non tamen vitiat alia, de quibus constat, disposita fuisse a testatore. Idem l. 3. contr. 408. num. 47.

Testamentū prius mutatur §. XLVIII. Re ipsa denique tollitur & mutatur ultima voluntas, si posterius testamentum accedat. *tur posterior.* Nam in ultimis voluntatibus novissima spectanda est. *L. 6. §. 2. ff. de adim. leg.* Tollit hæc omnia præcedentia testamenta, licet mille dispositiones quis fecisset. *Barbos. Locuplet. lib. 19. c. 41. n. 19.* Solus enim miles potest decidere cum duabus voluntatibus, si scilicet sibi invicem non contrariæ sint, nam tunc posterior prævallet priori. *L. 19. ff. qui testam. fac. poss.* Paganis autem hæc facultas legibus est denegata. *Manz. dec. 31. Richter dec. 41. n. 1.* Hinc recte Notariorum cautelam tanquam superfluam ridet Bachovius *ad §. 2. Inst. quib. mod. testam. infirm.* qua solent adjicere testamentis, quod testator casset & annulet omnes dispositiones priores cuiuscunque sint nominis. Nam ipso jure testamentum prius posteriori invalidatur & mutatur, *L. 27. Cod. de testam.* licet hæc clausula impertinens non sit adjecta.

Posteriorius *tamen debet esse* licet testator oblitus sit se fecisse jam testamentum, nihilominus enim posteriore condito, receffisse a priori voluntate videtur. *Carpzov. P. 3. cons. 3. def. 39. Richter P. 1. dec. 47. n. 14. Steph. Gratian. Discept. For. tom. 4. c. 505. n. 1.* Requiritur tamen, ut testamentum quo ad solennitates perfectum sit; neque testator illi immortuus fuerit ante illius implementum. Tunc enim nihilominus valet prius. *§. 7. Inst. quib. mod. test. infirm.* Nam testamentum non potest impugnari ob id, quod testator morte præventus, aliud conderenon potuerit, prout intendebat. *Aetolin. Resol. 35. n. 25. & 43.*

Quam-

Quamvis enim aliquo modo constet de voluntate testatoris noviore; Tamen solennitates illae jure publico sunt introductae, quibus derogare non potuit. Bar-schamp. *de claus. Cap. 23. §. 1. n. 6.* Panschman. *P. 2. qu. 12. n. 2. seqq.* Tunc vero testamentum revocatum videtur per posterius, si dum quis volebat facere, expulsus fuit tabellio, & impeditus testator, ne conficeret. Pelaez. *P. 1. qu. 25. n. 54.* Si vero testamentum posterius sit perfe-
ctum jure, omnibus solennibus adhibitis & completis, heres vero in posteriori adire nolit, aut ante testatorem mortuus sit, aut posthumo, sed ante testatorem mortuo, testamentum ruptum; tunc quidem prius testamentum stricto Jure Civile perinde invalidatur & mutatur. Hoc casu autem remedia Præatoria, & inde suggestæ cautelæ *spr. §. 11. seqq.* utiliter & proficie ad-
hiberi possunt.

§. L. Icet etiam in posteriori testamento he-
res in re certa institutus sit; attamen prius propterea us testam. li-
plane pleneque mutatur. Dum enim cum duobus te-
cet heres in
stamentis decedere nemo potest, nec simul testatus & in-
re certain
testatus mori. *L. 7. ff. de R. I.* Hinc talis institutio in posteriori in-
posteriori testamento facta, attenditur, & ille to-
titutus.
tam acquirit hereditatem, cum haec sit titulus univer-
salis. Chr. Phil. Richter *Part. 1. Dec. 49. n. u.* Nec re-
fert, an fuerit heres pure, an sub conditione institutus
§. 9. Inst. de Hered. Inst. Modo illa conditio existere
potuerit. Molina *de Just. & Jur. tom. 1. tr. 2. Disp. 153.*
n. 2. Mascard. *de Prob. concl. 1289. n. 21.* Panschman.
P. 2. qu. 10. n. 15. Quodsi vero conditio heredi in po-
steriori testamento adjecta, in praesens vel prateritum tem-
pus sit concepta in testamento ultimo, Ex. gr. *Si Ti-*
tius consul sit, aut fuit dum hoc scribo, heres esto. Tunc si
F 3 haec

hæc conditio defecerit, posterius testamentum prius non mutat. B. Brunnem. *Com. ad ff. ad L. Cum in secundo. 16. ff. de Inj. Rupt. irrit. testam. num. 3.* Nam testatoris mens esse præsumitur, quod non velit a prioribus tabulis recedere, nisi posteriores de jure subsistant. Hoc casu autem non poterunt subsistere, quia talis conditio deficiens statim annullat actum. *S. 6.; Inst. de V. O. Zœf. adff. b. t. n. 18.* Hug. Donellus *Comm. Jur. Civ. lib. 6. cap. 19. s. t. f.* Si vero sit conditio *impossibilis* adjecta, posterius testamentum mutat prius. Nam impossibile pro non adiectis habentur. *L. 1. ff. de Condit. institut.*

Prius testa- *S. LI.* Ex imperfecto itaque testamento posterius conser- riori, priori voluntati testatoris nulla mutatio imminet. *servatur, si Testator enim non aliter a voluntate sua recedere cre-*
posterioris do- *ditur, quam si sit valitum posteriorius. Anton. de Gam-*
losis persua- *ma Decis. 245. Marci Dec. Delphin. 305. num. 9.* Adim-
sionibus elici- *perfectum etiam testamentum refertur, si testator ad*
rum. *prius testamentum mutandum dolosis persuasionibus,*
fugillationibus, deceptionibus fuerit inductus. Tunc
enim prius nihilominus valet. Marta in Dig. noviss. tom.
3. Concl. 98. Del-Castillo Contr. Jur. P. 4. n. 19. Marci
Dec. 229. quomodo autem hæ dolosæ persuasions pro-
bentur, fusius inquirunt Andreolus Part. 1. Controv. 14.
Fr. Niger Cyriacus lib. 3. Contr. 410. Hucvero non per-
tinet, si testator blando sermone ad revocandum prius
testamentum est invitatus. arg. L. fin. ff. & L. fin. Cod. si quis
testar. aliqu. prohibuer. Richter P. 1.D. 54 n. 23. Cum li-
citum sit cuivis procurare utilitatem suam, licet per
consequentiam aliis inde lœdatur. L. 24. ff. que in fraud.
credit. Verum cum hoc de blanditiis circa ultimas
voluntas thema variis limitationibus, ampliationi-
bus ac restrictionibus sit subiectum, illæ uno obturu-
con-

congestæ perspici possunt in Dn. Præsid. *Dissert. de Jure Persuasionis cap. 4.* & *Diff. de Jure Blanditorum cap. 4.*
turn & apud Carpzov. *Part. 3. Conſt. 5. Defin. 7. sequ.*

§. LII. Quando vero duo perfecta testamenta ad- *Quid si clauſula de regula priori extet, tamen pri-
ſtūlūt, prolixa non minus quam intricata suboritur discep- fala adjecta.*
tatio inter Dd. si testamentum posterius quidem extet, *tamen priori*
prius vero clausula derogatoria sit munitum. Ex.gr. *Ego adiutor*
*le ich auch gleich nach diesem Testament noch einen le-
tern Willen verfertigen / so will ich doch / daß solcher
nicht gelten / sondern dieses Testament unverbrüchlich
gehalten werde.* Quæritur propterea, an clausula dero-
gatoria in priori posita posteriori noceat testamento, si testator
bujus clausula mentionem non fecerit? Clausulam hanc
in priori testamento additam nullos effectus fortiri, se-
cundo existente, contendunt Bachov. ad §. posteriore.
Inst. quib. mod. testam. infirm. Antonius Faber
Error. *Pragmat. Dec. 27. n. 7.* Ludwell de ult. vol. c. I. th. 4.
Carpz. *P. 3. Conſt. 5. def. 19. n. 7.* quia nulla dispositio-
ne potest effici, ut non ab ultima voluntate recede-
re liceat usque ad extremum spiritum. *L. 22. ff. de Le-
gat. 3.* dum ultima testatoris voluntas attendenda, licet
priori in totum contraria. *L. 6. §. 2. ff. de Jur. Cod. Gene-
ralis præterea regula est, quod posteriore testamento per-
fecto prius rumpatur. L. 27. C. de testam. §. 2. Inst. quib.
mod. testam. infirm.* Lege autem non distingue nec no-
strum est distinguere. Hinc non alia indicia mutatæ
voluntatis requiruntur, Seraphin. Oliv. Razzal. *P. I. D.*
291. n. 10. Verum hæ rationes non movent alios,
cur minus efficaciam tribuant huic clausulæ ad prius
testamentum non temere nullum pronunciandum, li-
cet aliud & posterius extet. Secundum hos igitur, si
testator non in specie mentionem derogatoriæ clausulæ
priori-

prioris testamenti fecerit, tunc dubitandum putant de seria ipsius mente in testamento posteriore, & potius importunas suggestiones suspicantur. Hanc sententiam pro pugnant Durant. *de Arte testand.* tit. 10. lib. 1. n. 2. Mantic. *de conject. ult. volunt.* L. 12. tit. 8. n. 7. Ioan de Anan. *Conf. 56.* Cardin. Tusch. *Praet. Concl. tom. 1. lit. C. Concl. 346. n. 1.* Herm. Vultej. *Conf. Marpurg. vol. 2. Conf. 21. n. 23.* Did. Covarruv. *Rubr. de testam. p. 2. n. 19.* Sande *De cij. Frisc.* lib. 4. tit. 1. Dec. 16. Hillig. *ad Donell.* L. 8. c. 4. lit. E. B. Brunnem. *ad L. 22. ff. de leg. 3.*

*Subsistit pri-
u cum tali
clausula si
posterior ex-
presse illud
non mutet.*

§. LIII. Videtur autem omnino hæc posterior sententia juri esse conformior, nam non negatur, quod prius testamentum revocari possit, licet habeat clausulam derogatoriam; sed illud in quæstione est, quod *expressè* in posteriori istius derogatoria clausulæ abrogatio & mentio fieri debeat, tunc enim prius testamentum cum sua clausula est mutatum. Confirmatur hoc L. Si quis. 22. ff. de Leg. 3. quam frustra dissentientes pro se allegant. Dicit enim ibi Hermogenianus JCrus & autor legis: si testator legem ab initio scripserit, quod is, cui infra his legatum fuerit scriptum, semel legatum habere debeat, si sciens & volens postea his legatum fuerit relictum, quod tamen ultima voluntas debeat habere effectum, si *specialiter* dixerit, prioris voluntatis se penitusse. Quod vero attinet ad L. Divi Severus 6. §. 2. ff. de Jure Codicill. pro contraria sententia allegata, veremur ut a Codicillis ad testamenta semper valeat consequentia. Codicilli enim facilius revocantur, quam testamenta. Brunnem. ad alleg. L. 6. §. 2. n. 5. Reliquis rationibus supra adductis ex iis quæ dicta sunt facile satisfieri potest. Quamvis enim non possit sibi hanc legem dicere testator, ut a priori voluntate eirecedere non liceat, quia tamen ad ditio-

ditione hujus clausulae derogatoriaæ, enixam & seriam suam mentem abunde testatus est geminatis hisce assertiōnibus, utique nisi in posteriori testamento appareat aliquid, per quod demonstretur, se mutatam cupere istam voluntatem, eadem constantia, qua clausulam istam adjectit, non præsumitur corrigere & mutare pristinam suam voluntatem, hac clausula derogatoria eo tempore munitam. *Rota Romana* apud Paul. de Rubeis tom. 2. decis. 247 Jul. Clarus §. testamentum. qu. 99. vers. Et hoc quidem. Alexand. lib. 1. cons. 134. n. 2. *Corneus* vol. 3. conf. 86. n. 3.

§. LIV. Quo vero hoc clarius pateat, distinguunt aliqui cum Mantica de Conject. ult. vol. Lib. 12. tit. 8. claratio hu-
inter clausulam derogatoriam (1) generalem, (2) spe-
cialem, (3) singularem, cui correspondet revocatio tie.
in posteriori testamento generalis, specialis & singularis,
conf. Dn. Coccej. *Diss. de Claus. Testam.* c. 2. Prima
est: *volo hoc testamentum irrevocabiliter esse firmum, nullum
aliud post hoc conditurus.* Huic quoque sufficit generalis
revocatio v. c. *volo hoc testamentum valere, non obstante quo-
cunque alio testamento a me facto.* Specialis vero clau-
sula reputatur illa: *volo hoc testamentum irrevocabile, &
si aliud fecero, id nullum esse volo atque infirmum.* Hoc casu
specialem revocationem demum testamentum prius
mutare hoc modo: *volo hoc testamentum valere, non obstan-
te priori testamento a me facto, & in eo posita clausula deroga-
toria.* Clausula vero plane singularis derogatoria est, si
ita concipiatur illa: *Quod non velit testamentum revocare,
& si illud revocaret, tali revocatio non valeret in secundo te-
stamento facta, nisi in illo verba certa apponantur, veluti si
in eo scribantur verba Christi cruci affixi, aut Psalmus CXIX.
aut Symbolum Apostolicum &c.* tunc dicunt non rumpi pri-

50 DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

us testamentum per secundum aut aliud ultimum, nisi verba illa in eo ultimo sint inserta, aut sit expressa mentione facta, de illa clausula derogatoria. Franc. Burfatus vol. 1. Conf. 47. num. 1. Menoch. de Præsumt. pref. 166. n. 13. Molina de Jus. & Jur. tr. 2. disp. 152. uer. porro. Cardos. in prax. Jud. verb. Testamentum. n. 69. Cardin. Mantica. loc. alleg. fuse, Franc. de Ponte vol. 2. conf. 46. Ceterum bene perpendicularium est monitum Card. de Luca Theatr. Inst. & Ver. P. 1. Tr. 1. Disc. 76. n. 6. 7. quod hæc signa duplē habere soleant causam. Una est favorabilis, oriens ex parte ipsius testatoris, qui cum in statu minoris valetudinis est, vel libertatis, pro ejus determinata voluntate disponat, prævidendo quod in statu, in quo morbo pressus, vel mortis cogitatione turbatus concussionibus vel suggestionibus facilius subiectus est, seu quod alias invitus ad diversimode disponendum inducatur, ita prudenter occurrat, dando hujusmodi signum, tanquam suæ determinatæ ac liberæ voluntatis cifram vel demonstrationem. E converso autem hujusmodi cautela affectari solet per testamentarios, ipsos testatore ignaro seu ad id non reflectente (ut forte frequentius contingit in idiotis, mulieribus, vel graviter infirmis) ut scilicet ita admittatur testatori indirecete illa revocandi potestas. Ideoque principaliter reflectendum est, an una vel altera ratio congruat hoc casu.

Allcasus, u-
bi prius se-
mentum
per posterius
mutatur, li-
cet prioris
claus. men-
tio fia.

§. LV. Ut autem hæc a Dd. magna cura & studio sunt per vestigata occasione L. alleg. 22. ff. de legat. 3. vid. Brunnem. Com. ad h. l. num. 7. ita negari non possunt, quod casus sint, qui circa hanc clausulam specialem decisionem desiderant. Sic (1) quando ex aliis indiciis constat, evidenter, voluisse testatorem mutare priorem suam voluntatem. Exempli gratia, testator posterius testa-

testamentum jurejurando firmat, eo ipso tunc mutatum est prius, licet illud clausula derogatoria munitum sit, & nulla in posteriori prioris voluntatis mentio occurrit, sed solum juramentum sit appositum. Rationem asserti hujus non tam in autoritate Tiraquelli *de Jure mar. gl. 7. n. 66.* Clari dict. qu. 99. n. 10. Gomezii ad L. 3. Tauri, n. 96. Gutieretzii *de Juram confirm.* P. 2. c. I. n. 7. Menochii *de presumt. pres. 166. n. 33.* Cævalli *Comm. Opin. contr. Comm.* qu. 211. n. pono, quam in præsumtione, testatorem non velle esse perjurii macula notatum, hinc serio voluisse, ut, non obstante quacunque priori voluntate, stetur testamento jurato. Ludov. Molin. *de Just. & Jur. tr. 2. def. 153. n. 26.* (2) Si ex verbis & conjecturis prægnantibus appareat, testatorem in posteriore ultima voluntate sensisse de revocanda clausula derogatoria. (3) si generalis revocatio cum insigni mutatione affectionis testatoris concurrat. (4) Si maxime dilecta persona in posteriori instituta, vel pia causa. Has & plures limitationes, ac restrictiones congeffit Mantica *de conj. ult. volunt. l. c.* In genere vero judicem hisce casibus præ oculis habere debere monet Card de Luca *Theatr. Just. & Ver. p. 1. Tr. 1. disc. 76. n. 7.* verissimam illam & Evangelicam propositionem, quod attendenda sit substantia verisimilis voluntatis. non autem verborum formalitates, que frequentius Notariorum potius, quam ipsorum testantium esse solent. Minus principaliter vero debere attendere propositiones generales, regulas ac decisiones, quo in diversis casibus prodierunt, in sola litera, non reflectendo ad corundem casuum diversas circumstantias.

§. LVI. Huc pertinet porro casus, ubi revoca- *Prius testa-*
tum censetur testamentum prius, clausula derogatoria *munitum*
per posterius licet nulla facta prioris mente-cum claus.

censetur ob one, quando inter utriusque testamenti tempora inter inimicitiam media, graves inimicitiae ortæ sunt inter testatorem & inter testa- heredem ex primo testamento. Nullum enim est du- torem & he- bium, propter communem inodolem genii humani, te- redem super statorem hoc casu, posteriori testamento enixissime vo- uenientem. luisse mutare prius, oblitum esse vero clausulæ olim ad- jectæ, cum res in alio erant statu. Nam & legata, nul- lo alio actu ademptionis interveniente, ob solam inimici- tiam inter testatorem & legatarium extinguntur. L. 3. §. fin. ff. de adim. legat. Hinc recte limitat Brunnem. ad d. L. 22. n. 8. si generalis revocatio cum insigni ani- mi mutatione concurrat. vid Molina de Just. & Jur. tr. 2. disp. 153. n. 30. Imo tacite etiam prius testamentum certis

Tacita mu- casibus mutatum censetur. Ex gr. Si uxor ob affectionem *tatio testam.* conjugalem heredem instituerit maritum, hic autem uxore inscia adulterium cum ancilla commiserit. Nam hoc casu, non obstante uxor's ignorantia & inde secuta morte, hereditas hujusmodi marito relicta pro tacite ad- empta, & conjugis adulteri restitutio pro revocata a te- statrice habenda est. Præsumtio enim est, quod ex odio, si scivisset crimen, illum non institutura fuisset Carpz. P. 4. C. 21. d. 6. n. 3. Moll. lib. 4. Semestr. c. 13. Brunn. Conf. 22. Klock. tom. 4. Conf. 54. Peregrin. de Jure Fisc. l. 3. t. 13. n. 4.

Post decen- nium non o- pus est in po- ssessori clau- sulæ derogat. *mentis.* Mascard. Concl. 1287. n. 141. Notabile etiam est quod tradunt Del-Castillo de ult. vol. lib. 4. c. 53. n. 34. Co- varruv. in rubr. de testam. P. 2. n. 10. vers. 9. Vinc. de Franchis dec. 287. n. 1. Menoch. de Præsumt. lib. 4. pres. 106. n. 44. & Conf. 45. n. 41. Jul. Clarus §. testamentum qv. 91. n. 3. Mascard. de Probat. concl. 1722. n. 4. Bar- schamp. de claus. c. 23. §. 3. n. 36. si post primum condi- tum testamentum habens clausulam derogatoriam, translati sint decem anni, quia cum per illud tempus clau- sulæ

fulæ inducatur oblivio, censetur tacite primum per secundum revocatum & mutatum esse, licet in posteriore nulla mentio primi testamenti. & clausulæ fiat.

S. LVII. De testamento Judici oblato etiam asse-
runt nonnulli, quod licet sit posteriorius, & in eonulla men-
tio primi testamenti & clausulæ derogatoriæ adjectæ fi-
at, tamen mutet prius. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 12. blato.
*Quid b. casie
juris in te-
stamento o-*
tit. 8.

Sed suspecta videtur hæc assertio Brunneman-
no add. leg. 22. de Leg. 3. n. 8. Constat enim ex ana-
logia Juris Civilis, quod testamentum Judiciale nil pe-
culiare habeat, nisi ordinariarum solennitatum remis-
sionem, quæ per præsentiam judicis & loci religio-
nem supplentur. Nil igitur hæc possunt pro hac deci-
sione facere, cum ex hypothesi supra fusius probata,
testamentum posteriorius, licet omnibus solennitatibus
conditum, si non expresse mentionem prioris & ejus,
clausulæ faciat, non mutet primum, quia clausula de-
rogatoria munitum est. Exceptio est, si testator in ago-
ne famulum ad judicem mittat, quo repeatat testamen-
tum, postmodum autem quia famulus ob absentiam ju-
dicis recipere non potuit, coram testibus dicat se pœ-
nitere, ac prius testamentum ideo revocare, quod ma-
lit intestatus decedere, tunc talis revocatio subsistet,
ceu Responso Scabin. Jenens. hoc confirmat Dn. Schle-
vogt. Diff. de Pœnitent. c. 3. §. 4. Procedit hoc etiam, si pri-
us testamentum judiciale juramento effet vallatum. Mol.
de Just. & Jur. tr. 2. Disp. 153. n. 24. Nam ejusmodi testa-
mento jurato tacite sive semper illa clausula adjecta cen-
setur. Jerem. Setser. de Juram. lib. 1. cap. 25. n. 43. seqq.
Igitur pars decisio formanda est, si in posterioribus
tabulis priorum nullamento injiciatur, prius nondum
mutatum est. Matth. Wesenbec. Cens. 85. n. 22. Man-
tic.

tic. de *Conj.* ult. vol. lib. 12. tit. 8. num. 20. Nam clausula jura-
toria testamentum conservat omni meliori modo. L. cum
Pater. 77. §. 23. ff. de Leg. 2. & idem operatur, quod clausula co-
dicillaris. *Dilect. Durant. de Arte Testam. tit. 10. n. 4.*

*Quid si u-
trumque te-
stamentum ve-
lit esse ra-
cum.*

§. LIIIX. Quanquam itaque, ut modo dictum est, clau-
sula derogatoria prius testamentum per posterius ab
immutatione tantum certo casu conservare valeat; ali-
ter tamen decidendum est in casu, si testator quidem
post primum testamentum aliud condat, dicat ve-
ro in illo simul, quod velit, ut nihilominus prima sua vo-
luntas non mutetur. Evidem si miles ita disponeret,
nullum per L. quarebatur 19. ff. de *testam. milit.* dubi-
um supereesse posset, illud valere. Ast de pagano con-
stat, eum cum duobus testamentis simul decede-
re non posse, L. 7. ff. de *Reg. Jur.* Nam testamen-
tum est actus individuus, qui non potest pro parte vale-
re, pro parte non valere. *Frantz. lib. 2. Resol. 11. n. 15.*
Hinc dicendum videtur, prius testamentum per poste-
rius esse mutatum. Verum cum illa clausula enixa
voluntatem testatoris significet, *Joseph a Sesse Decis.*
Arrag. 230. n. 14. *Roland a Valle Conf. no. n. 3.* pri-
mum testamentum per secundum non tollitur, si explicite & expresse utrumque testator jubeat valere. *Cy-
riac. lib. 1. Controv. 198. n. 40.* Debet enim illa voluntas
testatoris cum effectu accipi, in quantum analogiae juris
non refragatur. Secundum hanc autem verba poste-
rioris testamenti flectuntur in fideicommissum, ac
si heredes in ultimo essent rogati restituere heredita-
tem in primis tabulis institutis, detracta Falcidia. *Ba-
chov. ad Treutler. Vol. 2. Disp. 10. tb. 7. lit. C.* *Phil. Chr.
Richter P. I. dec. 49. n. ult.* Memorabilis quoque est, & co-
incident cum hoc casu decisio *Francisci Nigri Cyriaci lib.*

1. Conn.

i. Controv. 96. num. 56. quod, si in secundo testamento quo ad substantiam disposuit Testator sicut in primo, illud quod omissum in posteriori reperiatur, censeatur potius culpæ scribentis, quam voluntati testatoris contrariae imputandum esse, & sic etiam solvendum esse.

§. LIX. Cum etiam a testatoribus soleant in *prius testa-*
casum secundæ dispositionis & ulterioris, certa requisita mentum co-
præscribi, prius testamentum valet nec mutatur, si in servatur, si
posteriori illa omnia non fuerint observata. Casus esto testator sub
certis requi-
sitis posteri-
us velit con-
dere, & illa
non sint ob-
servata,

de Testatore, qui in suo Testamento disposuit hac clausula : Si post hoc testamentum quod in præsenti condo, aliud postea condam, illud non valebit, nisi Judici fuerit oblatum. Testator postea moritur cum postiore testamento perfecto quo ad solennitates, sed Judicinon oblatō ; quær. *an prius sit mutatum?* Respond. cum insinuatio judicialis postea non sit secuta, non præsumitur, testatorem seriam voluntatem habuisse testamentum prius mutandi. Nam potest testator præter solennia jure præscripta, se ad alia adstringere, unde ipsius voluntas illis non impletis pro perfecta non habetur. Conf. Joh. Otto Tabor *Diff. de Testam. Princ. oblat. cap. 6. th. 3.* hanc sententiam præjudic. eleg. illustrans. Licet enim posterius testamentum omnia juris requisita habeat, tamen contra testatoris voluntatem testamentum sustineri nequit, ut alio modo valeat, quam ipse voluit. Arg. L. verbis Civilibus. 7. ff. de Vulg. & Pupill. Subst. Dn. Coccej. *Diff. de Clauſ. Testam. Cap. 2. n. 118.* Alium habet casum paululum mutatis circumstantiis Cardin. de Luca in *Theatr. Iuſt. & Veritat. P. 1. Tr. 1. Disc. 76.* de matre disponente per ultimam voluntatem, derogatoriam adjiciens ad quascunque futuras dispositio-nes revocatorias vel contrarias, non servata certa for-
ma,

ma, veluti non registrata salutatione Angelica, aut quocunque alio signo determinata voluntatis: Mater postea Codicillos condit, aliterque in nonnullis disponit, quærebatur post mortem ejus, an valerent, dum non continent dictam formam seu verba juxta legem in testamento adjectam. Negat illorum valorem allegatus Autor, per L. Si quis 22. ff. de Leg. 3. & L. Si mihi. §. in Legatis ff. de V. S. Sed tamen varias hic circumstantias considerandas jubet, an spatium decennii, vel alterius notabilis temporis effluxerit, unde propterea dictæ formæ oblivio præsumi debeat; vel an agatur de testatore literato, vel illiterato seu muliere. Idem admittunt Covarruv. de testam. P. 2. n. 19. Simon de Prætis de interpretat. ultim. volunt. lib. 4. dubit. 2. n. 56. Del-Castill. lib. 4. Controvers. c. 53. n. 34. Rota Romana apud Cæs. de Grassis decis. i. & Duran. dec. 178. n. 7. & Bichium Dec. 478 Quæ omnia ad regulas prudentiæ interpretativæ pertinentes, omnino bene ponderanda sunt. Luca dict. Discurs. num. 5. 6. sequ. Conf. supra §. 54. & seqq.

*Legata cum
testamento
regulariter
simul corru-
unt.*

§. LX. Quando itaque modis enumeratis testamentum prius mutatur, tunc si ab ipso testatore fiat mutatio per deletionem, cancellationem partis, reliqua manent in suo pristino vigore, uti illud supra §. 44. sequ. adductum. Si vero prius testamentum per posterius mutatur, totum illud corruit & cassatur, una cum legatis & fideicommissis. L. 18. ff. de Legat. 3. Steph. Gratian. Tom. 4. Discept. For. 505. n. 5. Carpzov. P. 3. Conf. 3. def. 40. Ex quibus autem conjecturis testator videatur recessisse a priori voluntate, & quando censeatur legatum ademptum, pluribus inquirit Klockius Vol. 3. Conf. 119. item: an ex testamento per posthumum rupto legata debeat? de eo vid. Dr. Harpr. Conf. 78. Cete-

Ceterum si testamentum posterius sit minus solenne & non subsistat, legata prioris non infirmantur. Ut ut enim legata nuda voluntate revocentur, *Vid. supra* §. 19. attamen non præsumitur, quod velit revocare legata prioris, si posterius non sit firmum. *dict. L. si jure.* 18. ff. de Leg. 3. Unde a contrario sensu colligitur, si posterius testamentum sit firmum & perfectum, revocari omnia relicta in priori testamento. Mantic de Conject. ult. vol. lib. 12. tit. 1. n. 37. Jer. Renfier de Testament. p. 6. c. 20. n. 21. Qui allegati Autores apud Brut. nem. ad d. L. 18. n. 2. limitant hoc, nisi expresse legata in posteriori sunt repetita. Verum idem dicendum est, etiamsi tantum ex circumstantiis appareat, testatorem non in totum & quo ad legata voluisse mutare & revocare testamentum prius. L. Paulo Callimacho. 27. §. 1. ff. de legat. 3. L. Alumne. 30 §. 3. ff. de adim. legat. Huc etiam spectat præjudicium apud Carpzovium loc. alleg. Ob nun wol durch das letzte Testament / die in vorigen letzten Willen der Testirerin beyden Brüdern vermachte legata zugleich mit cassiret und aufgehoben werden / so verblebt es doch bey den andern beyden der Kirchen und Christoph Göbels Tochterlein vereidneten Legaten / gestalten Sachen nach / WEG AUS ALLEN UNTERRÄNDEN ZU VERMUTHEN / dass solche beyde Legata die Testirerin IN DEM LETZTEM TESTAMENT nicht revoc irn wollen / nochmals billig/ V. R. W. Nec obstat, quod in hoc præjudicio fiat legati ad pias causas mentio, ubi favor eorum hanc interpretationem benigniorem suadere & urgere videtur. Nam respond. (1.) Non hic solum mentio fit legati ad pias causas, sed etiam legati alius. (2.) Legata ad pias causas non alterare regulam, cum

H

eti-

85 DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

etiam illa, mutato priore testamento per posterius, simul nulla sint. Vincent. Carocc. Dec. 85. nisi ex circumstantiis aliud appareat, & hoc erat, quod urgebatur. Huc igitur restringendus est Cyriacus lib 1. Contr. 168. n. 53. testamento novo factō, & mutato uno legato, necesse esse, ut reliqua in posteriori expresse redintegrentur, tam in specie quam in genere, si debeat esse valida.

An ex primo testamento legata debet clausula. qu. 14. §. LXI. Cum vero clausula Codicillaris egregios effectus habeat ad sananda testamenti vitia, queruntur prop. gata debeantur, licet illud per posterius sit mutatum? Quæser claus.co- discillarem. Nam non apparent, cur revocato testamento, non simul clausula Codicillaris eidem ad majorem validitatem annexa, simul revocata & mutata censenda sit, cum accessorium sequatur principale. §. Posteriorre, Instit. quib. mod. testam. infirm.

Unde simul clarum fit, quid ad dissentientis Cephalii Conf. 548. rationem primariam respondendum sit, quando urget, quod clausula codicillaris sanet omnia vitia testamenti, & rem reducat ad causam intestati. Nimirum, hæc consistere non possunt. Vitia nullius testamenti sanat codicillaris clausula, sed facit, ut verba testamenti in fideicommissum flecantur, & heres ab intestato detracta Trebellianica heredi testamentario reliqua restituat. Vid. Dn. Præf. Diff. de Claus. Codicill. cap. 2. Si scilicet appareat, quod testamentum non sit mutatum ab ipso teste ore. In nostro vero casu testator mutat prius testamentum, ergo & clausula Codicillaris inutilis est. Panschmann. L. cit.

De clausula:

§. LXII. Anceps etiam & in utramque partem venti-

ventilatus casus est, an heres aut legatarius possint pe-^{valeat testa-}
tere legata, testamento invalido aut mutato, si ipsis per ^{mentum ut}
modum donationis inter vivos sint relicta, hocque ^{donatio inter}
contingat, si testamento clausula adjiciatur : *Si vivos.*
boc meum testamentum non valet ut testamentum,
debet valere ut donatio inter vivos. Decisio hujus ca-
sus pendet ab illa quæstione, an contractus in testa-
menti factio posint celebrari ? Negativa Scheffe-
ro *Quæst. Jur. Pract. P. 3. qu. 27. n. 2.* videtur extra omnem
dubitacionis aleam posita esse, quem etiam non parum
juvat *L. 20. ff. de Verb. Signif.* ubi dicitur, quod verba: *con-
traxerunt, gesserunt*, non pertineant ad testandi jus. Ac-
cedit, quod varia & mutationi obnoxia indoles testa-
mentorum, a natura contractuum immutabilium per
se, toto cœlo differat. Verum hisce rationibus non ob-
stantibus, contrariam opinionem veriorem putamus
cum Hercule Marescotto *Var. Resolut. lib. 1. cap. 48. n. 11.*
Nam possunt in testamentis fieri contractus & donatio-
nes inter vivos, modo accedant & interveniant substan-
tialia requisita v. c. in donatione inter vivos acceptatio
donatarii. Bartol. in *L. Rationes defuncti 6. Cod. de prob.*
Card. Celsus *n. 9.* Andreolus *Controv. Forens. p. 3. c. 221.*
Nimirum requiruntur tales contractus, qui cum testa-
mento aliqualem habent affinitatem & proximitatem.
B. Brunnemann ad L. 21. §. fin. ff. Qui Testam. facer. poss. Sic
si testator præsenti & acceptanti donet rem, Contractus
hic non mutatur, mutato licet testamento. Igitur, ut
quæstioni propositæ nunc satisfitat, dicimus, posse lega-
tariū aut alium, cui in testamento dicta clausula munita-
aliquid donatum & ab ipso acceptatum est, vi istius clau-
sulæ illud exigere. Nec obstat (1) quod hominis vo-
luntas suprema debeat ambulatoria manere usque ad

60 DE MUTATIONE ET CONSERVATIONE

mortem. Nam respondetur concedendo, si voluntas sit per modum testamenti pure concepta, secus vero se res habet, si per modum contractus, *L.5. Cod. de Obl. & Act.* Objicitur (2) quod hæc clausula sit accessorium testamenti, principali vero corruente, tollatur accessorium. Verum hic negatur, qvod re quisitis donationis accedentibus, amplius maneat accessorium testamenti hæc donatio, sed est vi hujus clausulæ eventualis donationis jure proprio subsistens, etiam citra testamentum. (3) regeritur, neminem sibi pacto heredem facere posse, *per L.5. Cod. de Pact. Conv.* Resp. succedit hoc casu non tanquam heres titulo universali, sed tanquam donatarius titulo singulari. Valet enim donatio omnium bonorum jure Romano. vid. pluribus laud. Diff. Dn. Cocceji de *Clausul. Testam.* Cap. 2. n. 166. seqq.

Codicilli quando m. - serventur? §. LXIII. Ceterum postquam haec tenus perlustravimus mutationes & conservationes testamento- rum, superfunt Codicilli. Hi enim large sumpto voca- bulo, nonsolum veniunt nomine testamentorum; Si mon de *Prætis de interpret. ult. vol. lib. 2. solut. 4. n. 64.* Magon *Lucens. Decis. 32. n. 39.* Surdus *Consil. 258. n. 6.* sed etiam a testamentis tantum differunt heredis instituti- one, cum fideicomissa & legata hic minoribus folennitatibus relinqui possint. §. 1. sequ. *Inst. de Codicil.* Hinc quas regulas jam tradidimus de mutatione testamen- torum, illæ de Codicillis non semper valent. Scilicet plu- res possunt condi & simul subsistunt, si sint diversarum materiarum. Hillig. *ad Donell. lib. 7. cap. 19. lit. H.* Si au- tem sibi invicem contrariae, ultimi mutant priores. Brunnem. *ad L.3. Cod. de Jur. Codic.* Zepper de *Codicill. cap. 11. n. 10.* Valqu. *de success. creat.* §. 30. n. 52. Merlin *Rote Dec. 237. n. 2.* Hinc si uno die & Consule Codicilli duo confe-

confecti sint, in iisque duabus diversis personis fundus Tusculanus sit relictus, legatum illud non est nullum. Nam ambo legatarii admittuntur simul ad legatum illud, quia Codicilli sibi non contrarii sunt, sed factem diversi. *L. si pluribus 33. vers. fin autem. ff. de legat. 1.*
Zepper. *alleg. tr. num. 22.*

§. LXIV. De clausula derogatoria primis codicillis adjecta illud quæri potest, an posteriores contrarii rogatoria prioribus derogent, licet nulla mentio priorum facta? De Codicillis ad testamentis supra habuimus, quod hoc casu posteriorius *jetta.* non mutet prius. Verum in codicillis hoc secus est.

Zepper. *de codicill. cap. n. n. 16.* Menoch. *lib. 4. præf. 166.*

n. 30. Si autem duo reperiantur Codicilli, & non appareat quis prior, invicem tamen sibi contrarii sunt, tunc illi Codicilli præsumuntur posteriores, in quibus legatum admittitur. Nam privatio præsupponit habitum. Mantica *de Conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 4. n. 11.* Mich. Grass. *commun. sent. §. Codicillus. qu. 1.* Zepper. *de Codicill. cap. ii. n. 27.* Si autem posteriores Codicilli etiam essent contrarii, sed imperfecti, v. c. essent tantum tribus aut quatuor testibus corroborati, non tollerent priores, nisi lapsu decennio, arg. *L. Sancimus 27. Cod. de testament.* Valquius *de success. creat. §. 30. n. 52.*

Franc. Barry *de success. lib. 10. tit. 1. num. 43.* Zepper dicit. *Tract. cap. ii. n. 28.* Verum quod ab his autoribus de decennio adjicitur, ac si tunc ad exemplum & similitudinem testamenti, quod hac ratione nuda etiam voluntate, lapsu decennii, & morte simul defuncti munita, infirmatur per alleg. *L. 27. C. de testam.* & simul applicatur ad Codicillos, illud non adeo firmo stat tali.

§. LXV. De eo etiam acriter inter Dd. disputatur, *Testamento an mutato & revocato testamento, Codicilli quoque mutati cemutato an*
sean-

Codicilli eti-seantur? Ad decisionem autem hujus quæstionis præam mutati aliis facere videtur L. Rupto. i. Cod. de Codicill. Est vero ibi casus, ubi testamentum est conditum, quod rumpitur per filium post natum. In hoc testamento mihi fideicommissum relictum. Postea Codicillis idem fidei commissum repetit testator. Post testatoris mortem petitur fideicommissum non ex testamento, sed ex Codicillis. Videbatur non dandum esse, quia testamentum ruptum, hinc & Codicilli virtiosi. Consultus itaque Imp. Alexander ita respondet; *Cum post ruptum testamentum patrem pupillorum vestrorum literas emisisse proponatis quibus præcedens judicium confirmavit; Prætor nil contrajus fecit, si novissimam ejus voluntatem securus, fidei commissum præstandum esse pronunciavit.* Unde simul patet, distinguendum esse, an Codicilli simul cum testamento facti sint; an vero post testamentum. Priori casu per posterius testamentum mutata priore voluntate defuncti, mutantur & infirmantur etiam una codicilli facti, quamvis expresse non revocati; si vero post testamentum conditi sint, valet decisio L. allegatæ. vid. Brunnem ad b. l. n. 3. præterea ex §. 1. inf. Inst. de Codicill. edocemur, quod codicilli ante testamentum facti, in iisque contenta legata & fideicomissa, testamento postea condito, vim suam non amittant, nisi apparere testatorem a voluntate quam in codicillis expresse rat, recedere voluisse. Harprecht. Comm. ad Inst. b. t. §. 1.

**De clausula
privatoria in
casum im-
pugnationis
testamentis
adjecta.**

§. LXVI. Hi, ut puto, potiores casus ac species sunt circa mutationes omnis generis voluntatum. Ceterum quoad illas conservandas, implendas, tum & a temerariis impugnationibus vindicandas, utile est, ut testator, si prævideat post mortem suam, hanc vel illum

lam personam testamentum suum impugnaturam esse, illam in testamento legato honoret, addita clausula privatoria adversus contravenientes suæ voluntati. Variet illa concipi potest, puto tamen validissimam clausulam testamento hoc modo additam: *Im Fall sich aber einer oder der andere unterstünde / meinem wohlgemeinten letzten Willen zu widersprechen / und den umzustoßen / den oder dieselben / will ich hiemit als un- dandbare und unwürdige / seines Erbtheils / oder legati so fort verlustig erkläret haben.* Ubi caute simul subjicit testator, cui hoc casu caducitatis pars illa acquiri debeat. Tunc enim citra alias disputationes testatoris menti standum est, loh. Ant. Mangil. de *Imput. & detract. qu. i. n. 38.* Cephal. lib. 2. conf. 282.

§. LXVII. Effectum itaque sortitur hæc clausule *hæc clausule hæc*, privatoria, ut persona honorata deterreatur impugnare ultimam voluntatem ex labore, invido & malitioso animo, absque sufficiente & legibus non probata fundatione, aus nützigen/ frevelen Muth/ Kœppen. obf. *fundamen- tum.*

i22. Fundamentum hujus clausulæ peti potest ex Novell. 1. cap. I. pr. *Sancimus*, inquit Imperator, *necessitatem habere quicunque testator & honorans eos disposuerat, omnimodo ea complere, si quod precipitur legitimum sit, aut si non illud aliqua lex prohibeat.* Nimirum res eo reddit, quod voluntas testatoris, heredem aut legatarium in casu impugnationis suæ voluntatis supremæ re donata privans, sequenda sit. Nam hæc est Regina testamenti, & totum facit, ceu loquitur Ulpianus in L. Ex facto. 35. §. 3. ff. de Hered. Inst. solaque voluntas testatoris dominatur. L. Si mihi & tibi. 12. §. 3. inf. ff. de Leg. 1. Nam satis inhumane esset, sententiam defuncti ab herede despici impune. L. Pamphilo: 39. ff. de Leg. 3. Nec enim debet ah- quis

quis ex eo fructus consequi, quod annis fuit impugnare. Cap. Ex eoz. 38. de Reg. Jur. in 6. Igitur studio & frivole contraveniens supremis tabulis defuncti, indignus est omni commodo testamenti, maxime si in eventum ab ipso testatore est declaratus. Covarruv. ad Cap. Raynaldus. §. I. num. 6. X. de testam. Flam. Parisius Vol. 2. Conf. 91. n. 60. Vinc. Hondeanus Vol. 2. Conf. 68. n. 1. Pruckman. Conf. 1. n. 160.

Claus. pri- §. LXIX. Patet autem ex dictis, si testatoris
vat. quando voluntas per leges non debeat servari, heredem aut fi-
nil operetur. deicommissarium & legatarium sine ullo metu pœnæ in
casum impugnati testamenti recedere posse. *dict. cap.*
I. alleg. Nov. 1. Sic si clausula illa privatoria adjiceretur
liberis in certa re institutis, illis nil obstat, quo minus vo-
luntatem ultimam impugnare & *ex L. omnimodo. 30. Cod.*
in offic. testam. legitimam integrum petere possent. Augu-
stin. Barbos. in *Colleqt. ad L. Quoniam in prioribus. Cod. de in-*
off. testam. n. 2. Consilia Marpurg. vol. 1. Conf. 26. n.
148. Gabriel. commun. opin. tit. de Legitima Concl. 1. Fu-
farius de substit. Fidei commiss. qu. 296. Gomez lib. 1. Var.
Resol. Cap. II. num. 22. & ibi Jo. Aylon. de Linez. Hinc
frustranea est clausula privatoria ita concepta, So einer
mein Testament mit REGHT oder unrecht sich zu im-
pugniren unterstehen will / soll ihm das legatum, fidei
commiss &c. so ihm in diesem Testamente zugedacht /
genommen werden. Nimurum si quis non ipsum testa-
mentum impugnat, sed tantum non omnia solennia
jure requisita adhibita esse dicat, pœna privationis lo-
cum non habet. *L. penult. ff. de his que ut indign.* Solen-
nia enim legibus requiruntur, ubi nemo pœna sua effi-
cere potest, ut leges non habeant locum in suo testa-
mento. *L. nemo potest. ff. de leg. 1.* & ibi Dd. Clarius hoc
per-

perspicitur ex præjudiciis apud Carpzovium P. 3. *Const.*
7. def. 24. quorum verba hæc sunt: Da Ihr aber den-
noch des Verstorbenen letzten Willen und judicium nicht
an sich selbst / sondern nur die solennitaten dessel-
ben / anfechten würdet ic. So möchte Euch dero-
wegen an Euren Antheil nichts abgekürzt noch eingezo-
gen werden. Et in altero: So ist doch benienten seinen
Freunden / die Mängel / Woher sie solch testament
unkräftig zu sehn vermeinen / anzuführen unbe-
nommen / und es mag Ihnen derewegen dasjenige / so
ihnen darein vermacht / von Euch als seinen Erben nicht
entzogen werden. *V. R. W. conf. etiam Richter Dec.*
42. n. 7. Berlich. *Dec. 28. n. 2.* Grivellus *Dec. 87.*

§. LXIX. Quare si aliquis testamentum impu- *Clausule hu-*
gnat & immutatum cupit, quia falsum sit vel in officio- *jus effectus,*
sum, is, si testamentum clausula privatoria munitum nullus in casu-
sit, legatum quo honoratus erat, amittit. *L. 5. ff. quib. bus seqv.*
ut indig. Nam ipsam voluntatem defuncti evertit, a-
deoque non solum institutionem heredis, sed simul e-
tiam legata, quæ sine voluntate testatoris non deben-
tur, impugnat. Similiter qui testamentum in officio-
sum dicit, testatorem, quasi non sanæ mentis fuisse, *Carpzov. P. 3. Const.*
arguit, *L. 2. ff. de in offic. testam.* sicque eum nec here-
deim instituere potuisse, nec legata relinquere arguit.
Quapropter legatis sibi in testamento illo relictis ex vo-
luntate testatoris suo jure excidit. *Carpzov. P. 3. Const.*
7. Def. 23. Surdus *Conf. 28. num. 49.* Idem de illo di-
cendum est, qui studio & deliberato facit, ut voluntas
testatoris exitum habere non possit. Elegans hujus
rei exemplum est apud Cravetam *Conf. 1.* ubi nepos
ab avia heres institutus, & matrimonium cum patris
I consen- .

consensu & præscitu contrahere jussus est, addita clausula privatoria. Nepos quantum in se est voluntatem defunctæ immutat, spernit circa matrimonium patris consensum & præscitum, quem propterea in pœnam privationis hereditatis incidisse, fusius ibi probat. Alia exempla deprehenduntur apud Cardin. Tusch. *Concl. Pract. 1015. lit. C.*

*Plures Excep-
tiones con-
tra banc
clausulam.*

§. LXX. Ceterum hanc clausulam privatoriam effectum sortiri non posse, quando impugnans testamentum liti renuuiat ante sententiam latam, & sic pœniteat pendente lite, docet Salicet. *in L. 8. Cod. quib. ut indign.* quod ampliant ut procedat, si nonsolum pendente lite primæ instantiæ, sed etiam pendente appellatione impune desistere queat, si scilicet processui huic semet subtraxerit, priusquam ille finitus fuerit per sententiam, illaque in rem judicatam transferit, arg. *L. 8. §. 14. ff. de inoffic. testam.* Azo *in summ. Cod. de his quib. ut indign.* Brunnem *ad L. 8. §. 14. ff. de inoffic. testam.* Sed quid dicendum est, si testamentum impugnans expresse protestationem interponat, quod sibi in casum insperatum, quo pro testamenti validitate pronuntiation fieret, omnia sua jura ex testamento obvenientia salva velit? Respond. tradit hanc cautelam hoc loco Vultejus *vol. 1. Consil. Marpurg. 29. n. 117.* quia protestatio conservat jura nostra, & in dubio facit, quod actus suscepimus aliam interpretationem patiatur, quam ille qui fecit, in animo habuit. conf. etiam Brunnemann. *ad L. Papinianus. 8. §. 14. ff. de inoffic. testam. n. 37.*

*Continuatio
casuum ex-
ceptorum.*

§. LXXI. Porro locum non habet, ex sententia Dd. pœna testamenti privatoria, si errore probabili contra testamentum litem moverit, illudque impugnaverit. Brunnem *loc. cit. num. 33.* item, si absente eo pro

pro testamento pronuntiatum est, quia magis propter absentiam sive contumaciam vietus videtur, quam quod malam causam habuerit. Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 2. tit. 7. n. 2. Hug. Donellus Comm. Jur. Civil. lib. 19. cap. 10. lit. K. & ibi Osvald. Hillig. lit. L. Richt. Dec. 47. Casp. Klock. vol. 4. conf. 89. Nimurum has exceptiones enumeratas formant Dd. argumento alleg. L. 8. §. 14. quanquam hic judicis arbitrium circumstantias prudenter & solerter ponderantis, non excludendum sit. Spini. de Carcer. in Specul. de Testam. gloss. 28. n. 68. Fusar. de fideicom. Substit. qu. 583. n. 2. Ant. Padilla in Auth. Hoc amplius. Cod. de fideicom. n. 24. Sic si testator clausulam hanc eo extenderet, ut ex contraventione unius heredis, reliqui etiam privandi essent sua portione, licet innocentes, illa dispositio non valeret. Merlin. Decis. Rot. Rom. 404. n. 11.

§. LXXII. Ultimo loco fistunt se se maledictio- *Imprecatio-*
nes, execrations, imprecations, Verwünschungen / nes & male-
Verfluchungen / quibus cum testatores etiam putent dictiones an
posse obligari heredes & successores, ne voluntatem
suam mutenti hinc paucis, coronidis loco, circumspiri-
ciendum est, qualis vis & robur ad testamentum immu-
nabile a posteris servandum iis insit. Quanquam enim
in tali statu, in quo testamenta pleraque condi solent, scilicet
ferali lecto, testatores aliud haberent quod curarent,
quam ut animam suam tot ideis maledictionum,
amaritudinis manifestæ indicis, onerent; nihilominus
tot sunt exempla testatorum & ultimarum voluntatum
horrendis maledictionibus munitarum & corroboratarum,
salem ex testatorum opinione, ut in stuporem saepius rapiant letores. In primis vero te-
stamenta ad pias causas & donationes in ecclesias &

Exempla barum maledictionum. scholas medio ævo solenne fuit hisce clausulis communire, & tota plausta execrationum exonerare in caput illius, qui ausurus fuisset hasce ultimas tabulas vel tantillum violare, & a dispositione hac recedere. Loquuntur hoc antiquæ fundationes Monasteriorum & aliorum piorum locorum, tum & literæ donationis tam inter vivos quam mortis causa, in quibus Sodomorum & Gomorrorum sulphur & ignis, Heliodori plague, Antiochi diri cruciatus, tremor & desperatio Jude, abreptio Dathæ & Abiranæ, citatio in vallem Josaphat, & alia hujus farinæ cumulari larga manu solita fuere. Conferantur Diplomata medii ævi, quæ passim extant apud Johann. Mabillonum in Thesauro Diplomatico, Aubertum Miræum in Cod. pirum Donat. Petrejum de Monaster. p. 74. Christ. Besold. Thesaur. Pract. vœ. Stiftung. Et in Diff. quæ de Execrationibus ultimarum voluntat. habita est sub Præsidio Exc. Dn. Jo. Sam. Strykii.

Formule Testamentorum maledictis munitorum civiliore.

§. LXXXIII. Quanquam autem raro fortassis ejusmodi formulæ occurrant in testamentis, passim tamen observare licet, quod testatores una cum clausula privatoria, de qua modo dictum, soleant etiam execratoriam contra impugnatores suarum voluntatum conjungere. Memorabilis est formula, quam Dn. Schweder in Differt. de Clausula testamenti personas honoratas ultima testatoris voluntati contravenientes relictis privante §. 48. ex testamento quodam observavit, ita se habens: darnach aber so verordnete hicmit, daß derselbe angemaste contradictor, nicht allein ipso facto von meiner Erbschaft excludiret / dessen portion den andern accresciren / und weder er noch die seinigen am fideicommiss nimmermehr kein theil haben soll/ sondern wünsche ihme auch Gottes Straffe/ nicht über sein Leib und Seele/ den sie sein Christi eigenes theuerworbenes Gut/ der mich und sie und alle die Ihme angehören/

foliis

ren aus Gnaden ewig seelig machen wolle / sondern über seine zeitliche Güter / daß Er oder die seinigen an zeitlicher Wohlfahrt so viel und ein mehreres / als er dadurch zu erzwingen und zu luxurieren vermeinet / einbüßen und missen möge. sc.

S. LXXVI. Duæ circa hasce imprecationes nunc ex- *An maledicta*
 surgunt quæstiones, ventilationem in primis hisce casibus me- *salva conscientia*
 rentes. Prima est, *an salva conscientia in testamento ad eorum entia ultimis*
majorem valorem & præcavendam impugnationem fieri & adjici posse voluntatibus
fieri? Affirmativa variis rationibus videtur stabiliri posse. Nam *adjici possint*,
 (1) non omnes adjurations & maledictiones esse prohibitas
 exempla S. Scripturæ docent. Protoplastorum lapsum se-
 quebatur mox maledictio Jehovæ, Genes. III. 14. 17. Elisa
 propheta maledicebat quinquaginta pueris irrisoribus effe-
 ctu eo, ut ab ursis contererentur illi, 2. Reg. II. 23. 24. Bile-
 amus ad maledicendum populo Judaico conductus est a Mo-
 abitis. Numeror. XXXIII. In specie autem (2.) illæ maledictio-
 nes adjiciuntur testamento, ut eo majorem vim habeat, uti
 ea intentione articuli fidei anthematismis muniti sunt in
 Conciliis universalibus & particularibus. Enim vero, si
 non alia rationes hoc casu adsint, vereor ut hæ conscientiam
 fluctuantem testantium possint tranquillam reddere. Nam
 quod attinet maledictiones divinas, ab his ad humanas non
 valet consequentia. Deo enim tanquam supremo omnium
 Domino longe eminentius est jus in suas creaturas, quam ho-
 mini in hominem sua natura sibi æqualem, conf. Pufendorf.
 de Jur. Nat. & Gent. Lib. 2. c. 3. §. 5. Homo nunquam talia
 sine rancore & amaritudine profert, hæ imperfectiones autem
 in Deum non cadunt. Deinde circa factum Elisæ potest re-
 sponderi, quod non factis sed exemplis judicandum sit. Mul-
 ta leguntur in Sacris de Prophetis, quæ uti in Ethicis facta Her-
 oica, non omnibus sunt imitanda. Bileami maledictio in ef-
 fectum non est deducta, sed potius a Deo in benedictionem
 conversa. conf. 2. Petri II. 15. 16. Æque lubrica secunda
 ratio promaledictionibus allata. Nam exemplum Anathe-
 matum in Conciliis pronuntiatorum contra dissentientes, non
 est

est omni exceptione majus apud illos qui papatui renuntia-
runt. Nam certe Patres horum Conciliorum modum hunc
imprecandi & anathematizandi non didicerunt ab Apostolis
in primo & purissimo Concilio Hierosolymitano, de quo legi
potest Act. XV. 24. sequ. Ut adeo hic zelus in Conciliis se-
quentibus admodum carnalis fuisse videatur, cui nullo mo-
do patrocinatur exemplum Pauli Apostoli. Cor. ult. 22. ubi
anathema mabaram motha, annunciatu*riis*, qui *Christum non di-
ligunt*, & tamen pro Christianis se venditant; in Conciliis autem
non actus voluntatis, quales sunt amare, diligere, sed in-
tellectus maledictioni subjiciuntur. Hinc recte tanquam
illicitæ & prohibitæ perhibentur a nostratis tales impreca-
tiones & maledictiones. vid. Dn. Osiander *Theol. Casual. Part. 2.
Capt. 12. in 2do Precept.* Dannhauer in *Colleg. Decalog. Disp. 5. §. I.*

*De effectu
juris horum
maledictionū
in testamen-
tis.*

§. LXXV. Secundo loco quæstio nunc decidenda est,
de effectu harum maledictionum in testamentis & volunta-
tibus aliis ultimis adjectarum quo ad forum Juridicum. Qui
magnum robur testamentis hoc modo addi persuasi sunt, con-
tendunt, quod ad minimum exinde seria & enixa voluntas te-
storis pateat, hæc vero in testamentis sequenda sit, uti a nauta
stella polaris. Deinde urgent, quod testamenta jurata forti-
ora sint simplicibus, uti supra deductum, vid. etiam Pansch-
man. *Pratt. Quest. Lib. 1. quest. 10. n. 38.* Idem ergo dicen-
dum esse de testamentis imprecationibus munitis. Verum nos
distinguendum esse arbitramur, an leges civiles actum nullum
declarent, ob omissam solennitatem; an vero ob defec-
tum facultatis disponendi. Ibi facilius indulgetur execra-
tionibus aliqua validitas, quam hic. Cum enim solennitates
propterea inventæ, ut fraudibus obviā eatur, execrationes
autem de seria voluntates testatoris satis loquuntur, non pla-
ne hoc casu effectu destituentur, maxime testamento Pater-
no imperfecto adjectæ. Si vero testator disponit de rebus
ipsius arbitrio exemptis, plane execrationes invalidæ sunt.
Conf. supra laudat. Diff. Dn. Jo. Sam. Strykii *de Execration.
It. volunt. Cap. II. n. 6. sequ.* ubi eleg. præjudicio Facultat. Jurid.
illu-

illustris hujus Fridericianæ, res illa ardua illustratur. Nos vero hic telum abrumpimus, cum labor inopinato sub manibus creverit, B. L. rogantes, ut favore suo suppleat, quod arduo huic & salebroso Themati deest, meum vero erit, meliora monenti semper patulas præbere aures. Tibi de cetero, Deus immortalis! gratias ago habeoque maximas, pro viribus animi & corporis hactenus concessis, quas & impo-
sterum velis mihi *conservare ad vitæ meæ finem.*

COROLLARIA.

I.

Modus per testamentum disponendi de bonis suis, licet a Jure naturæ præcise non præcipiatur; tamen non potest asseri, quod eidem refragetur. Hinc nescio quid in mentem venerit Bertrando Argentraeo, quando testamenta condere, in conscientia haud tutum existimat.

II.

Principes nostros in suis testamentis adstrictos esse ad solennitates jure civili præscriptas, & exempla & rationes abunde evincunt.

III.

Civitates Imperiales, uti gaudent Jure Statuum Imperii, ac voto & sessione in Comitiis frumentur, superioritatemque territorialem habent;
ita

ita frustra ii fuere , qvi voto decisivo in Comitiis
illas non pollere , contendunt.

IV.

Nobiles vero Immediati quemadmodum jure suffragiorum in Comitiis haud gaudent ; ita i-
psis neque superioritas territorialis recte adscribi-
tur , nec illi præcedentiam præ Civitatibus affe-
ctare possunt.

V.

Præscriptionem , etiam immemorialem , a
subditis contra Principem suum Domanialia bona
vindicantem , non posse objici , solidæ ratio-
nes , tum & multorum Doctorum opinio com-
probat.

VI.

Jure condendi Civitates hodie frui Status Imperii , nec ad id requiri amplius consensum Imperatoris , Jura superioritatis territorialis cuivis sta-
tui competentia , me non dubitare sinunt.

VII.

Quanquam in legibus Imperii Imperator Ju-
dicia Palatini Comitis agnoscere jubeatur ; ta-
men hujus rarer , si plane nullus ,
ufus est.

Soli Deo Gloria.

02 H 365



80-

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Inches
Centimetres

I. N. J.
DISPUTATIO JURIDICA
f138
DE
UTATIONE
ET
ONSERVATI-
ONE ULTIMARUM
VOLUNTATUM
QVAM
ANNUENTE NUMINE DIVINO
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
ENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
FRIDER. WILHELMO
REGNI BORUSSICI HEREDE &c.
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE
SAMUELE STRYKIO JC^{to},
ENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIE CONSI-
LIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO ET FA-
CULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO.
VO SUO OMNI HONORIS CULTU VENERANDO
IN AUDITORIO MAJORI
D. XXX Dec. Anno M DCCI.
publico Eruditorum examini
submittit
LAUS LUCAS Schaffhausen/ Hamburgensis.
Typis Orphanotrophæi. Glaucha-Hallensis.